4.

DISPUTATIO JURIDICA DE JURISDICTIONE IN GENERE ET DE ECCLESIASTICA ET SECULARI S.R.I. PRINCIPUM-EPISCOPORUM IN SPECIE

QUAM

AUSPICE DEO TRINO ET UNO

CONSENSU ET AUTHORITATE INCLYTÆ FACULTATIS JURID.

SUB PRÆSIDIO

MATTHIÆ KAUTT,

JURIUM DOCTORIS, SERENISSIMI BAVARIÆ ELECTORIS CONSILIARII ET PROFESSORIS PANDECTARUM ORDINARII.

IN CELEBERRIMA ET CATHOLICA UNIVERSITATE INGOLSTADIENSI

PHILIPPUS GUILIELMUS AB HÖRNIGK

In Auditorio Juriſtarum 20. Auguſti Anno 1661.

PUBLICE DEFENDET.

INGOLSTADII

Typis JOANNIS OSTERMAYR.

CELSISSIMO S.R.I. PRINCIPI
REVERENDISSIMO PRÆSVLI
AC DOMINO
D. MARQVARDO EYSTETTENSI EPISCOPO.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

SI quis unquam Principum lacteam Semideorum ad aſtra ducentem viam, bonis avibus ingreſſus eſt, ille certè mihi præ cæteris id nomen mereri videtur, qui iter ſuum ab amore civium auſpicatus, à moto incomparabili humanitate populo, glorioſiſſimo titulo compellatus, AMOR MVNDI, ORBISQVE DELICIÆ, audivit. Nemo ſibi hodiéque juſtiùs id nominis vindicabit, quàm CELSITVDO VESTRA, REVERENDISSIME PRINCEPS, cuius benignitas, & comis, ſi ullius unquam, affabilitas neminem non occuparet integrum amore ſui, niſi cæterarum virtu-

tum admiratio, gratiſſimâ dubitatione ſuſpenſum teneret animum, præſtétne eam AMARE AN TIMERE? ſcio equidem judicium CELSITVDINIS VESTRÆ, quæ pro ſolidá facilitate ſuâ, tacitè iam ſecum inquit AMARI MALO QVAM TIMERI. Nemo non acquieſcet, credo, in hoc effato, quod iam à tot annis exemplo verum comprobavit CELSITVDO VESTRA. Sed ut optima quandoque cauſa degenerem producit effectum, ita hæc facilitas eius cauſa eſt meæ temeritatis. Audeo enim pulverulentum hoc tyrocinium meum in conſpectum CELSITVDINIS VESTRÆ deferre. Audeo Academicum hoc iter meum, in adyta Ordinis, inter Romani Imperij Proceres eminentiſſimi, inferre, & ſacræ jurisdictionis abdita ſcrutari. Accedit quòd Senatus, conſulto removendus eſſem, ſi apud Romanos agerem, qui Triumphatoribus ſuis non niſi hoſtibus rigorosâ lege ſub jugum miſſis, in Victoriæ virtutíſque præmium dabant, Capitolium conſcendere & in Iovis conſpectum ſeſe dare. Ego è contra, vel ante Victoriam, inter tot emeritos Themidis Athletas adhuc nimis incertam, præſumo arcem CELSITVDINIS VESTRÆ, mihi præ omni Capitolio ſuſpiciendam, conſcendere, laboris nondum exhauſti præmium, oſcula ſcil. ſacrarum manuum poſtulaturus. Sed hæc tanti non ſunt, ut me non ſinat Clementia VESTRÆ CELSITVDINIS veniam ſperare, & Paterno, fraternóque exemplo, hoc ſub auſpicijs eius & beneficentiâ enatum, idcoque peculiari inſuper titulo debitū, certaminis

minis ac devoti, animi ſymbolum offerre. Quòd ſi, ut iam iam ſperare facit inclinatus ad ſolitam humanitatem CELSITUDINIS VESTRÆ vultus, oculos in id conijcere non fuerit dedignata, tunc mihi vel ante victoriam gratulabor; tunc quam ſatis aſſequi nequeo, benignitatem tacitus mecum admirabor. Vivat interim CELSITUDO VESTRA, REVERENDISSIME PRINCEPS, Patriæ populòque ſuo, bonis omnibus, mihíque denique & meis, Et non uno nomine, æternùm devotis.

Reverendiſsimæ Celſitudinis Veſtræ

Subjectiſsimus

PHILIPPUS GUILIELMUS
ab Hörnigk.

ADMODUM REVERENDUS ET PRÆNOBILIS DOMINUS

MARQUARDUS SEBASTIANUS SCHENCK A STAUFFENBERG

Cathedralium & reſpectivè exemptarum Eccleſiarum Herbipolenſis ac Bambergenſis Canonicus, Rhetorices Studioſus:

DEFENDENTI SUB AUSPICIIS ET CLYPEO CELSISSIMI PRINCIPIS

EYSTETTENSIS

Nobili & Doctiſſimo Domino

PHILIPPO GUILIELMO ab Hörnigk I. S.

Fertur ad Iliacos Pallas Tritonia muros
Ægide belligeras cincta fuiſſe manus.
Bella, Philippe, paras? clypeum ne ſume rigentem,
Gorgone, quo viſo ſaxeus hoſtis erat.
Principis egregiæ præfers inſignia pugnæ,
Cuius ab aſpectu gratia tota venit.
Allicit excelſæ veneranda modeſtia frontis,
Par Maieſtati, lumine fulget Amor,
Prudentique loquens placido ſimul ore renidet;
Imperijs credas mellis ineſſe favos.
Crede mihi. numerat ſacro quot vertice canos,
Per totidem trahitur vincula noſter Amor.
Sic tecum reputa: MARQUARDO PRINCIPE *tecto,*
Nulla vel exiguo bella labore geri.

APPROBATIO THEOLOGICA.

Diſputatio hæc de Eccleſiaſticâ & ſæculari juriſdictione & poteſtate, dilucidè admodum ac methodicè conſcripta, cùm non repugnet doctrinæ Catholicæ, nec moribus probatis, ac inſuper materiam complectatur valdè arduam, non tantùm privatas quaſque perſonas, verùm etiam ſumma totius Imperi Romani, imò & Orbis Chriſtiani capita concernentem, atque adeo ſcitu omnis fere generis Statui neceſſariam, neque tamen facilè hactenus, uti dudum diſiderabatur, in Catholicis Vniverſitatibus publicæ concertationi propoſitam: ideo maximo haud dubiè plurimorum bono, & cum ſatisfactione in lucem prodibit, Nobiliſq; Domini defendentis ſtrenuam in Studiis juridicis induſtriam, atque inſignem inijſdem factum progreſſum toti auditorio publicè commonſtrabit, Ingolſtadij die 8. Aug. anno 1661.

Ioan. Oſvvaldus à Zimmern, S. Theol. D.
S. Script. Profeſſ. Ordinar. I. V. L.
Procancel. Acad. & nunc Theol.
Facultatis Decanus.

APPROBATIO IVRIDICA.

Similiter nec Leges aut mores politicos offendit, ſed jurium & Interpretum (ex quibis claro & ſuccincto compendio accuratè contracta eſt) authoritate nititur, ac proinde prælium & prælum Academicum jure ſuo expoſcit, atque Nobilis Domini Propugnantis inſignem in Iuriſprudentiâ factum profectum, mihi ex privatis inſtructionibus inprimis notam, cum eiuſdem laude & honore palàm oſtendet.

Arnoldus Rath Iurium Doctor,
Sereniſ. Bavar. Elect. Conſil. Præfectus in Gerolfing & Codicis Prof.
Ord. hoc temp. facult. jurid. Decan.

PROLOQVIVM.

QVod Cæpolla *in princ. Tract. de Servit.* de materiâ ſervitutum dicebat, utilem eam quidem eſſe, ſed ex adverſo ſubtilem, id ad materiam Iuriſdictionis optimè atque veraciſſimè accommodari poſſe refert Matth. Steph. *in ſuo Tractatu de Iuriſd. Eccl. & Secul.* Nil enim prodeſſet jura in Civitate habere, ſi non eſſent, qui nolentes ad eorum obſervationem compellerent, nimirum Magiſtratus, *juxta l. 2. §. poſt Originem 13. ff. de Orig. Iuris* quos competentes, tam in Eccleſiaſtico quàm ſeculari foro, facit Iurisdictio, quæ totius juris, ut loquitur Chriſt. Beſold. *in delibat. juris Tit. de Iuriſd. n. 1.* in princ. velut obex & repagulum exiſtit, ubi omnes Materiæ, tanquam in ſuo domicilio, ſuaviter deliteſcunt, finémque expectant. De hac igitur Iuriſdictionis materiâ, in foro & ſcholâ, ut loquuntur, ſcitu neceſſariâ, diſputatio noſtra erit in 3. capita diviſa, quorum primum de Iuriſdictione in Genere, ſecundum in Specie de Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum Archi- & Epiſcoporum Germaniæ, ſimulque S. R. I. Principum Eccleſiaſticâ, & Tertium de Eorundem ſeculari aget.

CAPVT

CAPVT I.

DE JVRISDICTIONE TAM ECCLESIASTICA, QVAM SECVLARI IN GENERE.

PRÆFATIO.

DIVERSITAS MODERNI AB ANTIQVO ROMANI IMPERII STATV, ET EXINDE IVRISDICTIONIS QVOQVE.

JVrisdictionis materia, præſertim latiſſimè, pro poteſtate Rempublicam gubernandi, leges ferendi, & Jus dicendi ſumptæ, fuſiùs à D D. tam antiquis, quàm modernis per integros Tractatus explicata, exinde magis obſcurata fuit, quòd veteres præſertim ſcriptores principia Juris Romani, ſive Antiquum Romani Imperij ſtatum, ad modernum toto Cœlo diverſum redigere conentur. Olim enim & ante tempora Caroli magni, Romanorum Imperatores, Magiſtratus, ad ſolam vel urbis, vel provinciarum, rerùmque ad illas pertinentium adminiſtrationem, cum poteſtate Iuris-

dicendi annuos adhibuerunt. *a.* qui poſtea in Imperij conſortium admiſſi, Provincias ſibi aſſignatas, cum ſublimi Territoriali Iure adminiſtrare, & ad heredes tranſmittere, ſicque ex adminiſtratoribus meris priùs, cum omni utilitate domini fieri cœperunt, & adhuc manent. *b.* ex vaſto hoc Iuriſdictionis Oceano nos ea breviter perſtringemus, quæ ad forum ſcitu hodie magis neceſſaria, vtilia, & quotidiana ſunt, Antiquis ſuas inutiles altercationes à mortuis revocandis inveſtigandas relicturi. *c.* cùm oleum, & operam perdere, & lanam ab aſino quærere dicatur, qui modernâ Iuriſdictionis complicatam notionem ex Antiquis Autoribus quærit, cùm multum interſit inter idquod fuit, & id quod eſt. *d.*

A. Vt Prætores Romæ, & Præſides in provincijs, Proconſules, Legatos *Tit. 14. 16. & 18. lib. 2. ff.* *B.* quales nunc ſunt Duces, Marchiones, Comites, alijque immediati Imperij ſtatus, cum perpetuâ, & hereditariâ poteſtatis ſublimitate. *Matth. Steph. de Iuriſdict. lib. 1. c. 1. n. 5. And. Knich, de ſublimi, & Regio Iure Territoriali. c. 1 Benedict. Carpz. in prax Crim p. 3. queſt. 109. nu. 7.* *C.* *ut cum Vigilio loquitur Chriſt. Beſold. in delibatis Iuris ad lib. 1 Tit. 2. Pandect queſt. 1.* *D.* *Mat. Steph. cit. lib. 1. c. 1. n. 5. Carpz. cit. loco, n. 6.*

THE-

THESIS I.

SVMMARIA.

1. *Iuriſdictio variè accipitur.*
2. *Eius deſcriptio antiqua, & moderna.*
3. *In tres ſpecies dividitur.*
4. *Quid ſub quâlibet veniat.*

IUriſdictio à Iure dicendo derivata *a.* eſt 1
fundamentum Iudiciorum. *b.* aliter accepta
Iure veteri Romanorum, aliter modernis moribus. *c.* antiquitùs reſtringebatur ad ſolas cau- 2
ſas civiles Iure Magiſtratûs competentes, & deſcribi poterat *Poteſtas de Civilibus & privatis cauſis Ius reddendi Iure Magiſtratûs competens, d.* excluſis ſpecialiter conceſſis. *e.* vt ſic non tantùm merum, ſed mixtum quoque Imperium excludebat. *f.* expediebatur vel viâ ordinaria datô Iudice Pedaneo cum præſcriptâ formulâ, vel extraordinariâ Prætoris cognitione *g.* hodie latiùs accipitur, cum extenſione ad quaſcúnque tam civiles, quàm criminales cauſas. *h.* quo ſenſu deſcribi poteſt, *Publica de cauſis civilibus cognoſcendi, ſtatuendi, & conſtituti exequendi legitima poteſtas, i.* Communiter in 3. ſpecies dividitur, videlicet Iu- 3
riſdictionem ſimplicem, mixtum, & merum Imperium. *k.* Simplex Iuriſdictio in ſolâ cauſarum cog- 4
nitione ſine executione. *l,* mixtum Imperium

in juſſu, cauſarum civilium executione. *m.* merum, in coërcitione publicorum criminum conſiſtit. *n.*

A Potius quàm à Iure, & ditione, Matth *Steph: de Iuriſdict: lib. 1. c. 1. n. 10. & 11. B. Iacob:* Menoch*: de præſumpt: l. 2. præſumpt: 14. Emeric: à Rosbach: in praxi Civili Tit 2. nu. 1. C. Henric: Hahn: ad VVeſenb: Paratit: de Iuriſdictione nu. 8. D. Bernard: Sutholt: in diſſertat: de Iuriſdict: Aphoris: 173. Hahn: cit: loco, n. 3. E.* quales ſunt Tutoris datio *l. 6. §. 2. ff. de Tutel:* Interpoſitio decreti in alienatione bonorum minoris *l. 1. L. magis puto. §. 4. l. 11. ff. de rebus eorum, &c. juncta l. 2. §. 1 ff de officio eius, cui mandata eſt Iuriſdictio,* poteſtas arbitrandi ſupra tranſactionem de alimentis teſtamento relictis. *l. 8. in princ. & §. 1. juncto §. 18. de tranſact:* Datio Iudicis Pedanei *l. 12. §. 1. ff. de Iudicijs.* Legis actiones *l. 2. §. 1. & l. 3. ff. de oficio Proconſulis, & Legati &c.* quæ vltimæ duæ ſpecies non ſemper ſpecialiter erant commiſſæ, ſed majoribus Magiſtratibus propter vim Imperij Iure Iuriſdictionis & Magiſtratûs veniebant *l. 3. ff. de Iuriſdict. l. 12. §. 1. de Iudicijs l. 4. ff. de Adoptionibus. F.* primum quidem per *l. 1. ff. de officio eius. Sutholt cit. loco nu. 106. & ſeqq:* Alterum verò, quia Iuriſdictio, & mixtum Imperium nomine, & reipsâ differunt. *Hahn: cit. loco n. 7.* & quia Iuriſdictio quædam v. g. voluntaria ſine mixto Imperio exiſtit; *G.* Majores Magiſtratus, Prætores, Præſides, Proconſules, &c. vtpote circa publica occupati, regulariter cauſas privatas non judicabant, ſed Iudices Pedaneos, cum præſcriptâ actionis formulâ dabant. *Henric: Zoeſ: ad Tit. ff. de Iuriſdict. n. 26.* Hodie mutato Iudiciorum ordine, & ſublatis actionum formulis, nec non Iudicibus pedaneis, ipſi Magiſtratus Iudicant, eo tamen adhuc remanente diſcrimine, quòd judiciorum præparatoria in Iure olim apud Prætorem tractari ſolita, hodie apud Magiſtratum vt talem, uſque ad litis conteſtationem incluſivè tractentur, reliqua verò à lite conteſtatâ uſque ad ſententiã defini-

definitivam incluſivè in Iudicio, apud Iudicem verò peragi olim ſolita, nunc apud Magiſtratum, tanquam Iudicem agitentur *Herman: Vulteius in Iurisprud: Romanâ lib. 2. c. 76.* extraordinariæ cognitionis olim erant jubere cavere prætoriâ ſtipulatione, Interdicta, cauſa ſtatûs, reſtitutio minorum in integrum, & aliat toto *Tit. ff. de varijs & Extraordinarijs cognitionibus. H. Carpz. p. 3. q. 109. nu. 10. Ioannes Sichardus in Rubricâ, C. de Iuriſdictione omnium Iud: n. 1. I. Hieron. Treutl: vol. 1. diſp: 3. Theſ. 1. Emericus à Rosbach in praxi Civili. Tit. 2. n 3. K. DD. ad l. 3. ff. de Iuriſdictione. Lud: Gilhauſ: in Arb. Iud: civili. c. 1. p. 1. §. 2. n. 1. & 5. L.* Diſtinguitur à notione Iudicum Pedaneorum in hoc, quòd illi præcisè ſecundùm præſcriptam formulam facto applicandam judicare debuerint, Iuriſdictio verò Iure Magiſtratûs competierit, & liberè adminiſtrata fuerit; *Treutl: vol. 1. Diſp. 3. Theſ. 2. litt. E. M. Rosb: cit: tit: 2. n. 6. N.* quod vocatur poteſtas gladij ad animadvetendum in homines facinoroſos *cit: l. 3.* vbi recenſitæ tres ſpecies allatis Exemplis explicantur, non definiuntur. Hodie merum Imperium in cognitione, & coërcitione Publicorum Criminum conſiſtit, *Carpz. cit. loco. n. 10.*

II.

SVMMARIA.

1. *In praxi duplex duntaxat ſpecies Iuriſdictionis habetur, ſuperior, & Inferior, ſive mixtum, & merum Imperium.*
2. *Quid ad quamlibet pertineat?*
3. *Quis mixtum, aut merum, vel vtrumque Imperium, ſive Civilem, & Criminalem Iuriſdictionem habeat?*
4. *An mixtum, vel merum Imperium mandari poſſit?*

1 Receptior moderna praxis duas duntaxat Iuriſdictionis ſpecies agnoſcit, mixtum, & merum
2 Imperium *a.* ad mixtum pertinent omnes cauſæ
3 civiles, *b.* quod hodie cuilibet Magiſtratui competit, licet non ſemper quo ad omnes actus. *c.* ad merum ſpectant cauſæ Criminales, juxta tres communiter aſſignatos gradus, *d.* quod habent ſoli ſtatus Imperij, tam ſeculares, quàm Eccleſiaſtici, cum Territorijs de illo ab Imperatore inveſtiti. *e.* aut quibus ipſimet poſtmodum hoc ſpecialiter concedunt. Vnde hodie merum Imperium heredi-
4 tarium eſt, & propter ſtatus Eccleſiaſticos, ad effugiendam jrregularitatem, velut Iure Magiſtratûs competens, mandari poteſt. *f.* ſecus quàm olim. *g.* mixtum verò & olim, & hodie mandari poteſt *h.*

A Mixtum Imperium, Iuriſdictio inferior, Baſſa, & Civilis ſumuntur pro ijſdem, vulgò die Nidergerichtbarkeit merum verò, ſiue Iuriſdictio ſuperior, alta, & Criminalis, Germanicè, der Bluetbahn / hohe Maleſitziſche Obrigkeit / ſimiliter promiſcuè vſurpantur *Bened. Carpz. cit p. 3. q. 109. n. 10.* *B.* Inter quas praxis numerat pœnas leviores, carceris, & pecuniarias, Magiſtratui applicandas, vulgo, Bürgerliche Straffen / quod tamen pro conſuetudine locorum diverſimodè obſeruatur *Carpz: cit: loco. n. 21. & ſeqq.* *C.* In Bavar: Landſaſſijs & Dominis Hoffmarchiarum Erklärte Landtsfreyheit / *p. 2. art 1 2. & 3* Item Civitatibus, & oppidis: quæ tamen in pleriſque Locis, plures huius Iuriſdictionis notabiliores actus præfectis Electoralibus ex conſuetudine, præſcriptione, aut vigore ſuarum conceſſionum dijudicandos tranſmittere tenentur, vt quotidiana praxis obſervat. *D.* quorum primus pœnas mortis naturalis, vt laquei, gladij,

ignis:

ignis; Secundus mortis Civilis, vt deportationis, hodie quoque Banni Imperialis. Tertius corporis afflictivas, non mortiferas, vt amputationis manûs, fuſtigationis, mit Ruethen außſtreichen/ & famoſas, vt ſiſtere ad numellas, auff den Pranger ſtöſſen/ continet, vulgò Peynliche Straffen am Leben/ Ehrn/ Leib/ oder Glidern/ auch an Guett *juxta Matth: Steph: ad proœmium Conſtitut. Crimin: Caroli V.* vulgò die Peynliche Halßgerichts Ordnung/ ibi enim hodie de delictis publicis agitur, & ſecundùm illas in Romano Imperio in cauſis criminalibus Iudicandum eſt, niſi conſuedine, vel particularibus ſtatutis locorum, aliud ſit introductum, quæ tunc ibidem, (ut in Bavariâ proceſſus Criminalis die Maleſizordnung/) in caſibus expreſsè correctis, ſunt obſervanda, in reliquis verò ad Carol: recurrendum eſt, *juxta proœmium cit. Carol: circa finem, & Matth: Steph:* Saxones illas duntaxat pœnas propriè criminales vocant, quæ vel vitam naturalem adimunt, aut corporis afflictivæ ſunt, welche zu Hautt/ vnd Haar gehn/ *Carpz: p. 3. q. 102. n. 55.* Numellæ penes Eccleſias, & columnæ in publicis plateis, vulgò Prãch/ vnd Schandtſeyle/ pro puniendis adulteris, & blaſphemis, in Bavariâ ad mixtum Imperium pertinent, quales in omnibus fere pagis videre licet. *E.* Status Imperij, & Nobiles immediati, vulgò die Freye Reichs Ritterſchafft/ per Inveſtituras cum Territorijs ab Imperatore ſuperioritatem Territorialem, & Regalia, cum omnimodâ Juriſdictione, mero, & mixto Imperio accipiunt. *F.* qui poſtmodũ vel ſolum mixtum, vel merum, vel vtrúmque ſuis Magiſtratibus inferioribus concedunt. *Theod: Reinkingk de Regimine ſeculari lib. 1. Claſs. 5. cap. 4. per totum. And: Knichen : de Iure Territ: cap. 4. n 37. & ſeqq.* quod in Bavariâ Principis nomine exercent ſuperiora dicaſteria, Præfecti Electorales, ex Landſaſſijs verò illi duntaxat, qui hoc habent ſuis caſtris, quæ ad diſtinctionem Hoffmarchiarum, mixtũ duntaxat Imperium

habentium, Herrſchafften vocantur, annexum, aut quibus id Princeps ſpecialiter conceſſit, ut Civitates Principales die Haubtſtätten/Maleſitz *Proceſs:Tit:1.art 3.* *G.* quia olim nulli competebat, niſi cui ſpecialiter conceſſum erat, à Lege, vel Principe, hodie verò Iure Magiſtratûs venit, & exinde mandari poteſt, *Henric: Zoeſ: de Iuriſdict: nu. 57.* *H.* quod minus dubij habet, cùm ſemper competierit jure Magiſtratûs *And: Fachin:contro: lib. 9. cap. 98.*

III.

SVMMARIA.

1. *Iuriſdictio genericè ſumpta in ordinariam, mandatam, & prorogatam, dividitur.*
2. *Cuiuslibet deſcriptio.*
3. *An hodie Iuriſdictio Secularis in praxi poſsit prorogari.*
4. *An Clericus ſuper ſe ſecularem, vel etiam incompetentis Eccleſiaſtici Iudicis, prorogare poſſit.*
5. *An Studioſus extra Rectoris, ſe alienæ Iuriſdictioni poſſit ſubijcere?*

1 Juriſdictionis in Genere Sumptæ vlterior diviſio eſt, in ordinariam, mandatam, (cum non interſit an aliquis per ſe, vel per alium ſuam Iuriſdictionem
2 exerceat,) & prorogatam. *a.* Ordinariam habet quilibet Iudex ordinarius Iure ſuo proprio. *b.* Mandatam is, cui ea mandatur. *c.* prorogata eſt, cùm partes litigantes ſcienter. *d.* ſe alterius Iudicis incompetentis juriſdictioni ſubijciunt. *e.* quod ſi expreſſo fiat conſenſu, ſine juramento tamen, antequam Iudex adeatur, recedere licet. *f.* moderna

pra-

praxis nec ſecularis juriſdictionis prórogationem admittit. *g.* Neque Clericus ſuper ſe ſecularem, nec alterius etiam Eccleſiaſtici Iudicis Eccleſiaſticam prorogare, nec ſtudioſus alienæ Iuriſdictioni invito Rectore ſe ſubmittere poteſt. *h.*

A. Iacob Menoch. lib. 2. præſumpt: 16. n. 11. B Matth. Steph. de Iuriſdict. cit. lib. 1 qu. 14. 15. & 24. vbi ordinariam propriam, mandatam verò impropriam vocat. *C. tot. Tit. ff. de officio eius, cui mandata eſt Iuriſdictio,* qui mandatarius, commiſſarius, & hodie delegatus de Iure Canonico dictus, nihil proprij habet, ſed in eum duntaxat Iuriſdictions vſus, & exercitium trransfertur, vtitur enim alienâ Iuriſdictione, à pedaneo, præter alia, in hoc differens, quòd hic poſterior nullam omnino Iuriſdictionem, ſed ſolam notionem facti habuerit *l. 1. §. 1. ff. de officio eius. Steph. cit. c. 18. n. 6. D.* Errantes enim ex defectu conſenſûs nihil agerent *l. ſi per errorē, ff. de Iuriſdict.* E. quia prorogatio præſupponit iam Iuriſdictionem, aliàs prorogari non poſſet, reſpectu prorogantis cæteroquin incompetentem, *Steph. cit. c. 24. nu. 1. F. Textus, & DD. in l. ſi convenerit, ff. de Iuriſdict:* poteſt enim prorogatio tacitè fieri, ſi nempe conventus abſque exceptione incompetentiæ ſibi cognitæ ad Libellum reſpondeat, aut alios actus judiciales exerceat, *Trentl: vol. 1. diſp. 3. Theſi 7. G.* cùm hodie Iuriſdictio ſit patrimonialis, hereditaria, & ſicut venatio in Germaniâ valde zelotypa, ſaltem in præjudicium ſui Magiſtratûs, cui fidem ſuam juratò adſtrinxit, ſubditus hoc facere nequit, ſed dominus eum rectè avocare poterit: Græuæus *pract: concluſ: in And: Gail: l. 1. concluſ: 40. per tot. Steph. lib. 1. c. 25. n. 17.* quæ ratio olim ceſſabat, cùm omnis Iuriſdictio in toto Imperio ad Principem pertineret, neque hereditaria eſſet, ſed tantùm per Magiſtratus (vt hodie in Bavariâ Principis, per Præfectos Electorales, qui ta-

men propter confuſionem Iuriſdictionis, eiúſque emolumenta, & fructus, prorogationem non admittunt, ſed ſubditos ſuos prorogantes puniunt, & avocant) nomine Imperatoris exercebatur, cui proin per prorogationes nullum prajudicium creabatur, *Carpz: in praxi: Crim: p.3. q.109. n.9.* Sicut hodie dominis hereditarijs facilè fieret, *Gail: lib.1. Obſ.40. nu.5. & 6. Henr: à Roſenthal de Feudis c.17. concluſ.1. n.43. H.* Non prius, cùm hoc privilegium ſit totius Ordinis, *Auth. Clericus, Auth. ſtatuimus, Cod: de Epiſcopis & Clericis, cap. at ſi Clerici, cap. ſi diligenti, & paßim. Ex de foro competente,* non poſterius ſine conſenſu ſui Epiſcopi propter expreſſam prohibitionem in *cap. Significâſti, cit. Tit. de foro competente. I.* quia hoc privilegium non tantùm ſtudioſorum, ſed ipſius etiam Rectoris honorem concernit, *Auth: habita: C. ne filius pro patre &c.* & propter Iuramentum Rectori ad inſcriptionem præſtitum, *Matth. Steph. lib 3. p. 2. c.12. n.17. & 52*]

IV.

SVMMARIA.

1. *Dividitur Iuriſdictio preterea in voluntariam, & contentioſam.*
2. *Specialem, & omnimodam.*
3. *Realem, & perſonalem.*
4. *Conceßo caſtro, cenſetur conceſſa cohærens Iuriſdictio.*
5. *Conceſſa Iuriſdictione non veniunt Regalia.*

1 Alia quoque utilis & adhuc in foro vſitata eſt Iuriſdictionis diviſio, in voluntariam & contentio-
2 ſam. *a* Rurſus alia in ſpecialem & omnimodam. *b.*
3 & alia in realem, & perſonalem. *c.* priorem in Ba-

va

variâ habent domini Hoffmarchiales. *d.* aliqui Landſaſſij etiã perſonalem ex ſpeciali privilegio. *e.* conceſſo caſtro ſine mentione factâ Iuriſdictionis, ea tranſit, quæ caſtro cohæret. *f.* non merum Imperium, niſi omnimodâ Iuriſdictio conceſſa fuerit. *g.* Regalia verò etiam ſub conceſsâ omnimodâ Iuriſdictione non veniunt. *h.*

A. Ad voluntariam ſpectant legis actiones, vt emancipatio, manumiſſio, adoptio &c. nec non donationis vltra 500. ſolidos inſinuatio, confirmatio contractuum, teſtamenti factio ad acta, & alia, quæ inter volentes (hodie apud quemcunq; Magiſtratum, niſi ſtatuta exigant competentem, per verba: vor ordentlicher Obrigkeit / *vt ſtatut: Bavar. ſum. Proceſs. tit. 2. a. 3. Ad tranſact. requirunt*) expediri poſſunt, *Steph. lib. 1: c. 13.* ad contentioſam cauſæ controverſæ, & litigioſæ, inter partes litigantes invitas ordinarij ſive competentis judicis ſententiâ dirimendæ. *Rosb. tit. 2. n. 21. & 22.* *B.* ſpecialis eſt hodie Civilis tantùm Iure Magiſtratûs competens: Omnimoda, quæ etiam Criminalem ſive ſupra dictas tres ſpecies ſub ſe continet, videlicet Iuriſdictionem ſimplicem, mixtum, & merum Imperium, *Steph. lib. 1. c. 2. n. 1.* *C.* Realis eſt, quæ cum re, cui ineſt v.g. caſtro, conceditur. Perſonalis, quæ perſonæ oſſibus inhæret, *Hahn. ad Paratit. VVeſenb. de Iuriſdict. n. 8.* in dubio tamen Iuriſdictio potiùs realis, quàm perſonalis eſſe præſumitur. *Herm. Vulteius de feudis, c. 5. n. 5.* *D.* Erklärte Landsfreyheit *p. 2. art. 1. & 3.* *E.* videlicet etiam extra Hoffmarchiam in alijs prædijs ſeparatis, vulgò auff den Einſchichtigen Güttern Vermög deß 60iſten Freybrieffs / cuius declaratio de anno 1641. videatur, quod privilegium magni æſtimatur. *F. Menoch. lib. 3. præſumpt. 97. n. 13. Vulteius cit. l. c. 5. n. 5.* quia in dubio potiùs caſtro, quàm perſonæ inhærere cenſetur. *G.* ſub hac

enim tam merum, quàm mixtum Imperium venit. *VVeſenb. in Paratit. de Iuriſdict. n. 5.* idem obtinet ſi concedatur caſtrum cum omnibus Iuribus, & pertinentijs, *Vulteius cit. loco. H.* quia Regalia, & Iuriſdictio toto cœlo inter ſe differunt, *Sutholt. cit. loco, Aphoriſmo. 149.*

V.

SVMMARIA.

1. *Camera Imperialis, Academiarum Rectores & Magiſtratus militares Iuriſdictionem habent perſonalem tantùm ſine Territorio.*
2. *An etiam merum Imperium?*
3. *Vtrum Opificum Collegia Iuriſdictionem habeant?*

1 Juriſdictio quidem regulariter Territorio inhæret, non tamen de ſubſtantiâ. *a.* prout apparet in Camerâ Imperiali. *b.* Magiſtratibus Academicis. *c.* & militaribus, quibus Iuriſdictio perſonalis
2 ſine Territorio competit. *d.* ſed hoc controvertitur an prædicti Magiſtratus mixtum duntaxat, an etiam merum Imperium habeant? vtrumque concedimus militaribus. *e.* in Academicis idem defendemus. *f.* In Camerâ verò cauſæ Criminales capitales, *g.* neque per viam ſimplicis querelæ, neque per appellationem recipiuntur. *h.* nec etiam cau-
3 ſæ ſpirituales, vt matrimoniales, decimales. *i.* Opificum collegijs Iuriſdictionem competere cenſemus. *k.*

A. Poteſt enim Iuriſdictio eſſe ſine Territorio, *Reinkingk de Reg. ſec, lib. 1, Claſs. 5, c. 1. n. 10, B,* quæ abſque dubio

dubio Iuriſdictionē ordinariā, nullū tamē Territoriū habet, vt etiā Rota Romana, &c. *Reinkingk. cit. loc. n. 13* vel Territoriū tantùm habere videntur *Math. Steph. lib. 1. c. 33. n. 7. 8. & 9. C. & D. idem Reinkingk. cit. n. 13. Hahn ad VVeſenb. de Iuriſdict. nu. 8. E.* Vt patet Experientiâ quotidianâ ex rigoroſiſſimis militū punitionibus, nec non Imperatoris Maxmiliani II. Conſtitut. Imperial. Reichs Abſchied zu Speyer Anno 1570. ſambt dem annectierten articls Brieff/ꝛc. *Matth. Steph. lib. 1. c. 14. n. 100.* videatur *corpus Iuris militaris Petri Pappi noviter impreſſum Francofurti anno 1658. F.* Academicorum Magiſtratuum Iuriſdictio præcipuè diſcenda hodie eſt ex privilegijs, & fundatione cuiuslibet Academiæ, ex *Auth. habitâ Frid. Imperatoris ſub Tit. C. Ne Filius pro patre.* pleriq; duntaxat mixtum Imperium illis tribuunt, nos *cum Scipione Gentili de Iuriſdict. lib. 3. c. 17. & Criſtoph. Beſold, in ſuis delibatis, ad cit. tit. de Iuriſdict. q. 3. f. 171.* etiam merum pro majori Academiarum honore defendemus, cùm ibidem tam ob *debitum, quàm delictum*, ab omni aliorum Iuriſdictione ſtudioſi excipiantur, & judicari jubeantur per Epiſcopum, Præſidem loci, aut Magiſtrum, ſive Rectorem, qui poſtremus hodie ſolus in vſu eſt. *G.* Peynliche Sachē die Leibſtraff auff ſich tragen *H.* niſi agatur de nullitate proceſsûs, *Ordin Camer. p. 1. tit. 50. §. vlt. & p. 2. tit. 28. §. fin. And. Gail. lib. 1. Obſ. 1. nu. 27. Mynſ. cent. 5. obſ. 52. nu. 4.* videantur limitationes de cauſis fractę pacis ibidem tractandis & perſonis Cameralibus, vel litigantium mandatarijs delinquentibus, juxta Mynſ: cit loco à Civitate ſpirenſi puniendis, apud *Eberard. Fabrit. in Repetit. And. Gail. lib. 1. obſ. 1. ſect. 2. Matth. Steph. lib. 2. q. 1. c. 3. n. 222. K. argumento L. vlt. C. de Iuriſdict. omnium Iudicum,* quam accipiunt à confirmatione Princjpis Collegium approbantis, non à privatorum conſenſu. *Steph. lib. 1, p. 2. cap. 7. per tot. Beſold in ſuis delibat. ad tit. de Iuriſdict. cit. q. 3 . f. 170.*

VI.

SVMMARIA.

1. *Juriſdictio latiſsimè ſumitur pro poteſtate Regendæ Reipublicæ:*
2. *Dividitur in Eccleſiaſticam, & ſecularem.*
3. *Vtraque rurſus in ſupremam & ſubalternam:*
4. *Eccleſiaſtica ſuprema ſoli ſummo Pontifici, ſubalterna verò Patriarchis, Archi: & Epiſcopis:*
5. *Suprema ſecularis Imperatori, ſubalterna ſtatibus Imperij Romani competit.*

1 Præter hactenus dicta propius ad ſcopum Diſputationis noſtræ: *Iuriſdictio* latiſſimè accipitur, *Pro poteſtate regenda Reipublicæ, ſive pro ſupremo Iure leges ferendi, Magiſtratus ordinandi, Iura reddendi, Regalia quoque exercendi.* a. Et vt ſic deſcribitur poteſtas faciendi circa ea, quæ ſuperiori ſubduntur, omnia, ad quæ munus eius ſe extendit. b. Cúmque duplex ſit Re-
2 gimen & Reſpublica, Eccleſiaſtica, & Secularis, poteſtas quoque duplex eſt, Eccleſiaſtica & Secularis. c.
3 Vtraque verò rurſus in ſupremam, ſeu abſolutam,
4 & ſubalternam dividitur. d. Abſolutam ſeu ſupremam Eccleſiaſticam Orthodoxi ſoli ſummo Pontifici Romano in totâ Eccleſiâ tribuunt, â quo ſubalternam in ſpiritualibus habent Patriarchæ, Primates, Archi: & Epiſcopi, in terris & Diœceſibus ſibi aſſignatis. e. Summam & abſolutam Secularem ſummus Princeps, ſive Imperator in Romano Im-

Imperio. *f.* Extra illud verò alij Reges, Principes, & Respublicæ, ſuperiorem non agnoſcentes. *g.* ſubalternam in Romano Imperio ſtatus tam Eccleſiaſtici quàm ſeculares. *h.*

A. In quâ acceptione totius Iuris publici materiam includit Paurmaiſter. *Tract: de Iurisdict: B. Hahn. ad VVeſenb. de Iurisdict. nu. 8. f. 261.*. C. *de utrâque Theod: Reinkingk & Matth. Steph.* egregios tractatus, niſi quòd, ut Acatholici, ſæpius contra Eccleſiaſticam graviſſimè impingant, conſcripſerunt; Eccleſiaſtica de religione, & Iure ſacrorum, ſecularis de Politicâ humanæ ſocietatis gubernatione tractat. *Reink: de Reg. Eccleſ. lib. 3. claſs. 1. c. 1. nu. 1.* *D.* Abſoluta dicitur quæ præter DEVM ſupra ſe neminem agnoſcit, *Reinkingk. lib. 1. Claſſ. 3. c. 11. n. 3.* ſubalterna, quæ ſupremæ & abſolutæ ſubordinatur, priorem habentes Principes ſummi, Poſteriorem ſubalterni dicuntur, in Romano Imperio prior vocatur die Römiſche Kayſerliche macht / hoheit etc. Poſterior die hohe Lands-Fürſtl: Item hohe Lands Obrigkeit / *Hahn. cit. loco. E. Can. Cleros. Can. nunc autē, diſt. 21. Can: aliorum. 9. q. 3. F. Hahn. cit loco. G.* qui non dependent ab Imperatore, ut Hiſpanus, Gallus, Polonus, Anglus, &c. Veneti, Belgæ &c. & alij, neque enim Romani Principis poteſtas, ut Bartolus *in l. hoſtes. ff. de captiv*: putat, & contrarium ſentientes de hæreſi damnat, per univerſum orbem diffuſa, ſed in Romano Imperio concluſa eſt, imò nullus unquā Monarcha totius mundi imperium habuit, *Suthols cit. diſſert: Aphoris. 23. & ſeqq.* H. *Andr. Knich. de Iure Territ: Hahn. de Iurisd: cit. loco & paſſim DD. de Iure publico ſcribentes.*

VII. SVM-

VII.

SVMMARIA

1. *Origo utriuſque Recenſitæ poteſtatis.*
2. *Antiquitùs utraque ſub Regia Majeſtate exercebatur.*
3. *Orthodoxi rectè ſeparant*
4. *Imperator Eccleſiæ advocatus & defenſor eſt, ſed ſine Iuriſdictione Eccleſiaſticâ, quam Reges & Principes Catholici ſibi non attribuunt, ſed eidem ſe ſubÿciunt.*
5. *Dignior Eccleſiaſtica Sæculari.*
6. *Acatholici ſtatus Imperÿ Romani Eccleſiaſticam uſurpant ex Tranſactionibus:*
7. *Eccleſiaſtica non venit Jure Territorÿ.*

1 VtraquePoteſtas cum hominibus in unam com-
munem Societatem congregatis incepit, *a.* Et an-
2 tiquitùs Regia manus pro majore authoritate, Reg-
norum fulcro, utramque exercuit. *b.* Quæ divinitùs
3 ita diviſa eſt, vt ſummus Pontifex in totâ Eccleſiâ
cum ſubordinatis Epiſcopis Eccleſiaſticam apud
4 Catholicos ſolus, Imperator verò, qui Eccleſiæ
Romanę defenſor, & advocatus eſt, externi Romano
Catholici Reges, Principes, & in Romano Imperio
ſtatus Catholici, duntaxat ſeculare͂, exerceant. *c.* Dig-
5 nior Eccleſiaſtica Seculari, ratione nobiloris finis. *d.*
Status Romani Imperij Acatholici, (ut & libera
Nobilitas die freye Reichs Ritterſchafft) Iure Territorij
ſibi

ſibi etiam Eccleſiaſticam adſcribunt (vigore cujus ſubditos quidem ad ſuam Religionem invitos non cogere,ſed ex ſuis territorijs expellere poſſunt,ſalvo jure emigrandi cum ſuis bonis) *e.* Ex Tranſact. 6
Paſſav: cum Ferd: 1. Paſſavij 16. Iulij. Anno 1552. initâ,poſtea in comitijs Auguſtanis 25. Septembris, anno 1555. confirmatâ, & 24.Octobris,anno 1648. per Inſtrumentum pacis Oſnabrugis VVeſtphalorum ab Imperatore Ferd. III. & ſtatibus rurſus roboratâ. *f.* quæ tamen non venit Iure Territorij, 7
ſed immediatè à Deo conceſſa Divo Petro ejuſque ſucceſſoribus. *g.*

A. Talis enim ſocietas ſine Rectore conſiſtere non potuit, cui competere debuit ejuſdem gubernandæ poteſtas, *Text. in Can. vlt. diſt. 89.* *B.* Ita Regum Antiquorum munus erat, Dijs ſacrificare, ſic Romani Imperatores Ethnici Pontificis Maximi titulum ſibi ſumpſerunt, Religionem pro fulcro & fundamento Reipublicæ habentes, *Reinkingk de Reg. Eccleſ. Claſſ. 1. c. 1. n. 3. & 15.* *C. VVilhelm. Bekhers in ſynops. Iuris publici lib. 2. c. 4. n. 5.* Vnde falcem in alienam meſſem non mittunt, ſed Rom. Pontificem, Epiſcoposq; in ſuis Territorijs Eccleſiaſticam Iuriſdictionem, imperturbatos exercere ſinunt, cultum religionis orthodoxæ promovent, & ſemetipſos cum ſuis ſubditis laudabiliſſimè in ſpiritualibus iiſdem ſubicjiunt, vt demonſtrat experientia quotidiana; quæ Iuriſdictionis diviſio iam in veteri teſtamento inter Moyſem, & Aaronem legitur fuiſſe obſervata *Exod. cap. 28. v. 1.* *D.* Prior enim ſalutem animarum, poſterior politicam humanæ ſocietatis tranquillitatem pro ſuo fine habet. *Henr. Zoeſ. in Ius Canon. ad lib. 1. Decret. tit 2. n. 10. eſtque ſuperior dignitate Miniſterij, Reinkingk. lib. 1. Claſſ. 1. c. 6. n. 10.* *E.* Reichs Abſchid zu Augſpurg Anno 1555. §. wo aber, quod Iure

Talionis etiā ſtatus Catholici facere poſſunt. *F. Inſtrum pacis Oſnabrug: de dat. 24. Novemb. An. 1648. §. 16. G. Math. 16. & 21. Joan. 21*, quæ pax religioſa, præter Auguſtanos Confeſſioniſtas, nunc etiam Reformatos includens, in Rom. Imperio tranquillitatis publicæ causâ ſervanda, Eccleſiæ Rom. & ſedi Apoſtolicæ non præjudicat, juxta proteſtationes & declarationes pontificias.

VIII.

SVMMARIA.

1. *Poteſtas ſecularis in Monaſticam, Ariſtocraticam, & Democraticam dividitur.*
2. *Idem nonnulli Acatholici de Eccleſiaſticâ ſentiunt.*
3. *Catholici Monarchicam ſummo Pontifici tribuunt;*
4. *Qui eſt ſuper Concilia, & Cardinales.*
5. *Secularem quoq; directam habet in patrimonio Divi Petri, cum indirectâ in Reges & Principes.*

1 Sicut poteſtas Secularis, in Monarchicam, Ariſtocraticam, & Democraticam, pro diverſitate re-
2 gendi dividitur, ita etiam moderni hæretici facere
3 videntur cum Eccleſiaſticâ. *a.* Orthodoxi ſolam Monarchicam agnoſcunt, cámque ſummo Pontifici velut ſupremo capiti, & Chriſti in terris Vicario unanimiter tribuunt. *b.* cuius præcipuæ partes conſiſtunt in ordinandis fidei negotijs. *c.* & nulli
4 humano Iuri. *d.* nec conſiliorum decretis, nec Cardinalium conſultis ſubjacet. *e.* vtriſque tamen de honeſtate, non neceſſitate ſe conformat. *c.* cauſas

ſas Eccleſiaſticas judicat omnes, tam ſibi reſervatas, quàm inferioribus communicatas. *g.* concurrit cum omniũ ordinariorum, judicumque poteſtate, ac Iuriſdictione. *h.* ad eandem ab omnibus immediatè appellari poteſt. *i.* Temporalem etiam ſupremam Iuriſdictionem is ipſe ſummus Pontifex directam habet in patrimonio Divi Petri, *k.* indirectam verò, & quaſi ex conſequenti annexam ſupremam, & ampliſſimam etiam in Reges, & Principes ſeculares. *l.* quâ tamen cautè utendum eſſe, ſiniſtri eventus ſuadent. *m.* 5

A. Monarchica poteſtas eſt, cùm unus, Ariſtocratica cùm plures Optimates. Democratica cùm populus regit. *Ioan. Theod. Sprenger in proleg. Iuris publ.* Ariſtocraticam Eccleſiaſticam Auguſtana confeſſio, quæ Principum ſuorum cuique Religionem ordinandi facultatem tribuit, Democraticam Enthuſiaſtarum, Puritanorum, aliorúmque in Anglia id generis hominum, quorum illa feraciſſima eſt, efformare videntur *B.* & *C. Can. nunc autem, diſt. 21.* & *Can. aliorum. 9. q. 3. D. Can. ſi Papa, diſt. 40. E. cit. Can. ſi Papa. Zoeſ. In Ius Canon. lib. 1. tit. 2. n. 7. 8, 9.* & *20. F. Felinus ad Rubricam tit. Decret. de conſtitut. nu. 2. G. Can. licet, Extra de foro competenti. H. Canon. Patet. Can. ipſi, 9. q. 3. Corvinus in Ius Canon. lib. 1. Tit. 14. I. cap. 7. 31. 34.* & *52. Extra de appellat. K. cap. per venerabilem, Extra qui filij ſint legitimi,* quo nomine venit, quidquid hactenus ex liberalite principum Catholicorum temporalium acquiſivit, & deinceps acquiſiturus eſt Pontifex, (Territoria nimirum, ſive terræ Eccleſiæ, in quibus exiſtit abſolutus quoque ſecularis Princeps) conveniens namque ordini Eccleſiaſtico (imò & neceſſarium pro defenſione fidei *Teſt. Card. Bellarm. Tom. 1. contr. de Rom. Pontif.*

lib.5.cap.9.& 10. Zoeſ. in Ius Can. de Conſt. n. 16.) eſſe, Vaſallos, Caſtra, Iuriſdictionémque civilem habere, & ratio ſuadet, & ſanctiſſimorum Præſulum exempla demonſtrant, latè *Dom. Sot. 10. de Iuſt. & Iure q. 4. art. 5.* K. ſacræ enim Pontificis authoritati, quaſi ex conſequenti annexa eſt, poteſtas ſecularis in Principes, & alios omnes, qui ſunt de Eccleſiâ, non abſolutè quidem, ſed quatenus finis, bonùmque ſpirituale expoſcit, *Lud. Mol. Tract. 2. de Iuſt. diſp. 29. ſive vt explicat Zoeſ. cit. loco, n. 10. in medio.* in Romano Pontifice tanquam Eccleſiæ capite eſt vna poteſtas, quæ directè reſpicit ſpiritualia, indirectè verò, & conſequenter extenditur ad temporalia, non enim Eccleſiæ ſufficienter proviſum foret, ſi in eâ non eſſet poteſtas, quæ Reges, & Principes in Officio continere poſſet, ſaltem utendo gladio ſpirituali: ex quo fundamento Pontifices olim excommunicarunt, & ex ſolio Principes, qui Eccleſiam neglexerunt, vt ignavi, vel infecerunt, vt hæretici, vel turbarunt, vt ſeditioſi, exturbarunt, *c. ad Apoſtolica, de re Iudic. lib. 6. c. grandi, de ſuppl. negl. Prælat. lib. 6. c. alius, 15. q. 6. c. venerabilem, de Elect. Clem. vnic. de Iure jurando.* M. exemplum in hodiernum vſque diem durans Henrici 8. Anglia præbet, *ex Nicolai Sanderi Tractatu de Origine, ac progreſſu Schiſmatis Anglicani.*

IX.

SVMMARIA.

1. *Summi Pontificis Poteſtas Eccleſiaſtica Patriarchis, Archi; & Epiſcopis ſuo modo communicatur.*
2. *Differunt hi latiori poteſtate, & Iuriſdictione, in eodem tamen omnes miniſterio conſtituti.*
3. *Epiſcopi ſinguli præſunt ſingulis Diœceſibus.*

A. Sum-

A Summo Pontifice tanquam fonte omnis Iuriſ- 1
dictionis, & poteſtatis Eccleſiaſticæ, derivatur illa in cæteros ordines Eccleſiaſticos, inter quos præcipui fulgent Epiſcopi. Hoc nomen olim apud Ethnicos ad profana fori miniſteria applicatum *a.* meliori Iure apud Orthodoxos illis tribuitur, qui Eccleſiam DEI regunt. *b.* quorum tria numerantur genera; 2
Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum in ſpecie, qui quidem omnes in eodem miniſterio, & Eccleſiæ gubernatione conveniunt, latiore tamen poteſtate & Iuriſdictione alij ab alijs diſtincti; Patriarchæ toti cuidam terrarum tractui præſunt. Pontificiali pene authoritate, cum ijſdem Primates, licet minore cum poteſtate (minore tamen etiam Schiſmatum periculo) coincidunt. Archiepiſcopi (quibuſcum in effectu hodie Metropolitæ concurrunt) Principes ſunt aliquorum Epiſcoporum, quos Suffraganeos dicimus. *c.* Epiſcopi 3
in ſpecie præſunt ſinguli aſſignatis ſuis Diœceſibus, in alterius Diœceſin, vel Eccleſiam nullum Ius habent, in ſuis tamen pleniſſimam Iuriſdictionem exercent. *d.*

A. L. fin. §. Irenarchæ, ff. de Muner. & honoribus. B. Can. Cleros, diſt. 21. Can. qui Epiſcopatum. 8. q. 1. C. allegat. Can. Cleros, diſt. 21. D. Toto tit. Extra de officio Iudicis ordinarij. Patriarchæ quatuor numerantur. Conſtantinopolitanus Alexandrinus, Antiochenus, Ieroſolymitanus. Valleſis in Iu. Can. de Aut, & vſ. Pally, n. 2.

X. SVM-

X.

SVMMARIA.

1. *Ab Imperatore Iuriſdictio ſtatibus Imperij, & ab his inferioribus Magiſtratibus communicatur.*
2. *Quæ in ſtatibus Ius territoriale vocatur, continens in ſe regalia & omnimodam Iuriſdictionem.*
3. *Statuum Imperij ordines tres ſunt: Electores, Principes, & Civitates Imperiales.*
4. *Nobiles immediati hodie quidem ſtatus non ſunt, ſed præter Iuriſdictionem territorialem multis privilegijs condecorati.*
5. *Modernus Imperij ſtatus adhuc Monarchicus eſt.*

1 Ab Imperatore, velut fonte omnis Iuriſdictionis, eadem in alios Inferiores per conceſsiones derivatur, & ad eundẽ, velut ad mare, per appellationes
2 refluit. *a.* Statibus Imperij per infeudationes cum Territorijs communicatur ſublime Ius Territoriale, præter regalia omnimodam Iuriſdictionem, mix-
3 tum videlicet, & merum Imperium includens. *b.* tales ſtatus, ex quibus conflatur totius Romani Imperij ſenatus, cum Imperatore illud gubernans, tres ſunt. Nimirum Electores, Principes tam Eccleſiaſtici, vt Archiepiſcopi, Magiſtri ordinum Teutonicorum, quàm ſeculares, vt Archiduces Auſtriæ, Duces &c. & Civitates Imperiales. *c.* ad medium re-
4 vocantur Abbates, Comites, & Barones Imperij, qui-

d. quibus proximè accedunt Nobiles immediati *e.* acriter diſputant moderni Politici, qualisnã Romani Imperij hodie ſtatus ſit, Monarchicus, an verò Ariſtrocraticus, aut ex his duobus mixtus? placet 5
nobis contra Bodinũ & ejus ſequaces, Monarchicum defendere. *f.*

A. Iacob. Menoch. de præſumpt. lib. 2 præſumpt. 14. Reink. de Reg. Secul. Claß. 5. c. 2. n. 4. *B. And. Knich. de Iure Territ. c. 2. n. 11. Matth. Steph. de Iuriſdict. Secul. lib. 2. p. 1. c. 7. nu. 18.* translato enim ad Romanos Imperio, Magiſtratus antea temporales, & Adminiſtratores duntaxat Provinciarum pro aſſignatis ſtipendijs, cæperunt poſtea ab Imperatoribus de illis ſub fide vaſallitica hæreditariè inveſtiri, & Domini fieri, cum ſuperioritate Territoriali (quæ reſpectu Principum die Landts Fürſtl: reſpectu verò aliorum immediatorum Magiſtratuum, vt Civitatum Imperialium, Nobilium, hohe Landts Obrigkeit vocatur) & omni vtilitate, ſalvâ ſuperioritate Imperatoris *Reink. cit. Claß. 5. c. 1. n. 1. & ſeqq:* *C. Reink. cit. Claß 5. c. 6. per tot. VVilh. Bekher in ſynops. Iur. Feud. lib. 3. c. 8. n. 16.* C. Imperator enim caput, Status verò membra ſunt Imperij, *Habn. ad VVeſenb. de Iuriſdict. n. 8.* vbi ait Majeſtatem junctim Imperatori & ſtatibus competere, illi verò eminenter. Electores nunc ex pacificatione Oſnabrugenſi §. *quoad domum Palatinam*, ſunt octo. *D. Bekhers lib. 3. c. 1.* *E.* qui hodie Imperij ſtatus quidem non ſunt, ſed tamen Territorialem Iuriſdictionem habent, plurimiſque privilegijs condecorati fulgent, die freye Reichs Ritterſchafft / zu Francken / Schwaben / vnd Rheinlandt. *Reink. Claß. 5 c. 10. n. 7: & ſeqq. Bekhers cit. lib. 3 c. 10. Ioan. Theod. Sprenger. cit. Tract. c. 1. q. 4.* *F.* quâvis modus adminiſtrationis accidentaliter mutatus de Ariſtocraticâ participare videatur, non enim inde ſequitur ſtatum,

ſtatum, & fundamentum ſubſtantiale adminiſtrationis mutatum eſſe.

XI.

SUMMARIA.

1. Forum eſt duplex, Internum, & Externum.
2. Internum huc non ſpectat.
3. An licitum in vno, etiam in altero ſit licitum?
4. Externum aliud Eccleſiaſticum, aliud ſeculare.
5. Quæ cauſæ ad vnum vel alterum ſpectent?
6. Qualenam Ius in vtroque ſervandum, & quando vnum alteri cedat?

1 Juriſdictio extra competens forum nulliter adminiſtratur, *a.* vnde actor tenetur ſequi forum Rei. *b.* aliàs eum ad forum incompetens ſcienter trahens, causâ cadit. *c.* Explicandum proin quid & quotuplex ſit forum. *d.* eſt autem forum locus
2 Iuriſdictionis, in quo Iudicium exercetur, *e.* duplex, vnum Internum, non huc, ſed ad conſcientiæ Magiſtros. *f.* aliud externum ad gubernationem
3 externam humani generis ſpectans. *g.* Illicitum in vno, plerumque etiam in altero eſt illicitum. *h.* quod tamen ſæpe fallit, vt licita in vno, illicita ſint
4 in altero. *i.* Externum (de quo hîc) ſubdividitur in Eccleſiaſticum. *k.* & ſeculare. *l.* vnde quoque Iudicij in Eccleſiaſticum. *m.* & ſeculare *n.* diſtinctio promanat. In priori coram Iudice Eccleſiaſtico agi-

agitantur cauſæ ſpirituales, & Eccleſiaſticæ, tam inter ſeculares, quàm Eccleſiaſticas perſonas. *o.* e- 5
tiam ſeculares inter perſonas Eccleſiaſticas, vel ſi ſaltem reus talis ſit: *p.* in poſteriori, cauſæ Civiles & ſeculares coram Iudice ſeculari tractantur. *q.* Huic duplici foro duplex Ius, nempe Canonicum, 6
ſive Eccleſiaſticum, aut Pontificium. *r.* & Civile, ſive ſeculare aut Cæſareum correſpondet. *ſ.* quod ſubinde in vtroque concurrit, & ad cauſarum deciſionem allegari poteſt, *t.* ſubinde diſcrepat, & tunc in adiaphoris quodlibet ſequimur in ſuo foro. *v.* in cauſis verò ſpiritualibus, *vv.* vel peccatum continentibus, *x.* ſepoſito apud Orthodoxos ubique *y.* Iure civili, ſolum Ius Canonicum. *z.*

A. Nam extra Territorium ſive forum (ſubinde namque confunduntur, quamvis cæteroquin, vt ex præcedentibus patet, diſcrepent, *Steph. l.1. c.17. n.18.*) Ius dicenti impunè non paretur, *B. cap.4. & 6. Ext. de foro competenti.* *C. Emer. à Rosbach. in prax. civili Tit.10. n.18.* *D.* dicitur forum & forus, *cap. forus 10. Ext. de V.S.* *E.* inde ſic dictum, quòd illuc litigantes ſuas controverſias dirimendas, ſicut negotiatores res vendibiles, ad forum deferant, *Steph. cit. c.17.* vel quòd olim Iudicia maximè publica, ad avertendam omnem ſuſpicionis cauſam, in fori areâ nudô cœloque adversâ, vnder dem hellen Himmel peragerentur, *Beſold. in ſuo Proceſſu Iudiciario c.1. Theſ.12. litt. B.* ſicut adhuc hodie capitalia inter milites, vulgò die Standt Recht & in multis locis etiam inter paganos, vulgò die offentliche Gerichts Schrannen / Chur Bayr: Maleſitz *Proceß, Tit.6. a.4.* *F.* quod forum poli, item conſcientiæ & animæ vocatur, de quo nec Iudex

Eccleſiaſticus, *cap. ſicut, Ext. de Simoniâ*, nec ſecularis judicat *l. 18. ff. de poenis.* quibus locis habetur, quòd de occultis non judicet Eccleſia, & cogitationis pœnam nemo patiatur. *G.* quod forum fori dicitur, in quo exercetur hæc, quam explicamus, Poteſtas, & Iuriſdictio ad conſervandam tranquillitatem publicam, & externam, utriuſque Regiminis. *H.* ut omnia delicta, v.g. homicidia, adulteria, furta, Iure Divino & humano prohibita, &c. *I.* ſic in Externo, licet ſe invicem circumvenire *l. 16. §. 4. ff. de Minoribus*, nec majori ſuccurritur, niſi læſis ultra dimidium, ſi abſit error, dolus, metus *l. 2 C. de reſcindenda Vendit.* ita in Interno vice versâ licita eſt occulta compenſatio, prohibita in externo, propter ſcandala, *R.P. Layman. in Theolog. moral. lib. 2. Tract. 2. cap. 9.* eodem modo leges merè pœnales ante Iudicis ſententiã non obligant in conſcientiâ, *Layman. l. 1. Tract. 4. c. 15. n. 1.* unde merces, ob non ſolutum vectigal commiſſas, in foro interno non tenetur quis Fiſco reſtituere, ſed in externo, & ſexcenta alia. *K. L.* à Iudice, illius præcipuâ perſonâ. *M. N.* ut per ſe notum. *O.* inter ſeculares, matrimoniales, decimales, &c. quæ etiam in Romano Imperio non pertinent ad Cameram, *Matth. Steph. lib 2. p. 1. c 30. n. 222.* *P.* Inter perſonas Eccleſiaſticas, ſeculares, v. g. cauſæ contractuum, teſtamentorum, delictorum &c. *Q.* ut patet experientiâ quotidianâ. *R.* das Geiſtlich oder Päbſtliche Recht / *ex corpore Iuris Canon.* *S.* das Weltlich oder Kayſerl: Recht / *ex corpore Iuris Civilis Iuſtinianei, & Receſſibus Imperij*, vulgò die Reichs-Abſchidt / nec non ſtatutis Provincialibus Principum ſecularium. *T. vt in Contractibus, & ſimilibus*, nam Iuris Canonici ſanctitas, Iuris Civilis ſublimitate decoratur, & Iuris Civilis Majeſtas, SS. Can. authoritate firmatur. *Zoeſ. in præfat. Comment. ad Decretales.* *V.* Quemadmodum in Teſtamentis quæ de Iure Civili ſeptem; *L. Sancimus, Cod. de Teſtament.* de Iure Can. duos vel tres teſtes, cum Presbytero requirunt, *cap.*

cùm eſſet, Ext. de Teſtament. VV. vt matrimonialibus, *X.* hinc abrogatæ ſunt per Ius Can. leges Civiles. ff. & Cod. de Perſonis & rebus Eccleſiaſticis diſponentes, Concubinatum, Divortium, Præſcriptionem cum malâ fide, Vſuras permittentes. *Y* Quod hæretici cane & angue peius oderunt, Teſte *Arnold. Corvin. in Proœmio ad Ius Canon.* nec obſervant, niſi quando ipſis patrocinari videtur, ut manifeſtè apparet in cauſis matrimonialibus, in quibus neque computationem graduum canonicam, neque canonica impedimenta attendunt, illa, propter adulteria, etiam quo ad vinculum ſoluunt, inter perſonas ſolenni voto Deo conſecratas matrimonia permittunt, paternum conſenſum de ſubſtantiâ nuptiarum requirunt &c. Teſtibus *Ioan. Schneid. Harprecht. & alijs &c. ad tit. Inſt. de Nuptijs. Z. Henr. Caniſius de differentijs vtriuſque Iuris.*

XII.

SVMMARIA

1. *Modi ſortiendi forum communiter quatuor, à nobis autem ſeptem aſſignantur.*
2. *Primus, Domicilij.*
3. *Secundus, Rei ſitæ.*
4. *Tertius, Delicti perpetrati.*
5. *Quartus, Initi contractus.*
6. *Quintus, Ratione cauſæ.*
7. *Sextus, Ex cauſarum continentiâ.*
8. *Septimus, conſuetudinarium arreſti.*

Licet modus ſortiendi forum cõmuniter quadruplex aſſignetur, cúm reliqui facilè illuc reduci 1

poſſint, *a.* clariùs tamen res explicatur per ſubſe-
2 quentes. *b.* quorum primus eſt locus *domicilij*,
c. ſimúlque præcipuus, quia cum omnibus alijs concurrit: *d.* adeo ut in illo conveniri quis poſſit, tam ratione rei alibi ſitæ, quàm contractûs alibi
3 celebrati, aut delicti commiſſi. *e.* Secundus eſt locus *rei ſitæ*, in quo etiam non ſubditus, *f.* imò & clericus coram Iudice ſeculari rectè convenitur. *g.*
4 Tertius locus *initi contractûs*, in quo tamen aliter quis conveniri nequit, niſi etiam ibidem reperiatur. *h.* Quartus locus *delicti*, hodie tamen non, niſi
5 delinquens deprehendatur ibidem. *i.* aliàs judicatur in loco deprehenſionis & captivitatis, teſte quotidianâ experientiâ, licet alibi deliquerit. *k.* in uno tamen loco ſine fraudulenter præoccupatâ præventione condignè punitus, de eodem delicto, in altero rurſus puniri nequit. Olim in atrocioribus delictis, tum ad exemplum, & horrorem aliorum, tum ad ſolatium conſanguineorum v. g. occiſi &c. remiſſiones delinquentium in uſu fuerunt, quæ mo-
6 dernis moribus ſublatæ ſunt. *l.* Quintus eſt ratione *cauſæ*, quæ ſæpe efficit, vt quis Iudici ſubijciatur, cui aliàs non ſubeſt. *m.* ſic ſeculares in cauſis ſpiritualibus coram Iudice Eccleſiaſtico conveniuntur. *n.* ita etiam Clerici in cauſis feudalibus coram domino, & paribus curiæ: *o.* hinc miſerabiles perſonæ immediatum Iudicem habent Imperatorem, ſive ab alijs conveniantur, ſive alios conveniant. *p.* quod

tamen

tamen praxis moderna non obſervat. *q.* ſimiliter quantitas rei competens forum tribuit, & avocatio cauſarum. *r.* Sextus eſt *continentia cauſæ*, quæ facit, vt in eâdem causâ plures Rei ſub diverſorum Iudicum Iuriſdictione, coram illorum omnium ſuperiore ſint conveniendi. *ſ.* exinde petitorium abſolvendum eſt, vbi actum in petitorio; & principale Iudicium finiendũ, vbi præceſſit præjudiciale; rei vindicatio intentanda, vbi prius actum eſt ad exhibendum. *t.* huc pertinet etiam *reconventio* regulariter licita, *v.* ſed in Bavariâ duntaxat inter Extraneos, prohibita inter Internos, ſive Incolas, niſi vtraque cauſa à ſe invicem dependeat. *vv.* Non immeritò controvertitur, an Clericus coram ſeculari Iudice, & ſtudioſus coram alio quàm Rectore reconveniri queat? utrumque tutiùs negatur, *x.* Septimus modus ſortiendi forum contra Extraneos hodie eſt *arreſtum*, *y.* per quod peregrinorum res vel perſonæ ſiſtantur in foro, cæteroquin proſus incompetente. *z.*

A. Lud. Gilhauſ. in arb. Iud. Civili c. 1. p. 2. n. 1. *B.* ex quibus 6. videlicet Iuris communis recenſet *Matth. Steph. lib. 1. à c. 27. vſque ad 33.* omiſſo ſeptimo conſuetudinario Arreſti. *C. Steph. c. 28.* *D. Beſold. cit. c. 1. Theſ. 7.* niſi alibi Iuriſdictio iam ſit præventa per emanatam, & Reo inſinuatam citationem, hæc enim litis pendentiam inducit, vt lis finienda ſit, vbi cæpta. *l. penult. ff de Iuriſdict. Gail. 1. obſ. 39. n. 5.* Chur-Bayr: Gerichts-Ordnung *Tit. 2. l 8.* *F.* v. g. civis Auguſtanus ratione domûs ſuæ Ingolſtadij ſitæ, Ingolſtadij.

Beſold. cit loco. Theſ. 10. G. quod de Iure ſatis controverſum, *c. ſi diligenti, Ext. de foro competente*, in praxi vſitatum, *Gail. 1. obſ. 37. n 4 Beſold. cit. c. 1. Theſ. 10.* quia potiùs res, quàm perſona in judicium trahi videtur, & per accidens eſt, quod etiam Clericus ibidem ad perſonales præſtationes, vt expenſas, fructus, condemnari, & velut contumax puniri à ſeculari Iudice poſſit. *H. c. Romana, §. contrahentes de foro competente, in 6. Beſold. cit. c. 1. Theſi 14.* I. tribuit enim delictum Iuriſdictionem in delinquentes etiam alieno Iudici, *c. licet ratione Ext. de foro competente, Gail. 1. de pignorat. obſ 3 n. 11. Carpz. in prax. Crim p 3. q 110. n. 13.* K. *Carpz. cit. loco. n. 69.* L. *propter Iuriſdictionem præventam, & quod idem delictum bis puniri non debeat. Carpz. cit. loco. n. 98. vbi n. 100.* tres limitationes ponit, Ratio ſublatarum remiſſionum eſt, Zelotypia Iuriſdictionis germanicæ, quæ tamen adhuc ſubinde petitæ conceduntur Iure amicitiæ, ſub litteris reverſalibus, nihil Iuriſdictionis inde prætendendi, *Gilhauſ. cit. c. 1. p. 2. §. 3. n. 5. Carpz. in praxi Crim p. 3. q. 110. n 48. & ſeqq.* quæ in Bavarià contra Ius commune in levioribus, ſive, vt vocant, civilibus delictis, pro utilitate Magiſtratuum mulctas inde percipientium, frequentantur, Erklärte Landts Freyheit, *p. 2. a. 18. & 19.* M. *l. 1. & vlt. Cod. vbi in rem actio.* N. *Laym lib. 3. tract. 6. c. 1. n 1.* O. coram domino quidem, ſi lis ſit inter Vaſallos, paribus Curiæ autem, ſi inter Dominum, & Vaſallum *c. vnic. de prohibit. feud. alien.* P. *l. vnic. Cod. quando Imperator inter Pupillos.* Q. ſed quilibet coram ſuo Iudice ordinario convenitur, citiùs tamen Principes ejuſmodi cauſas, quàm aliàs & ſubinde gratis expediri jubent, *Andr. Gail. l. 1. obſ. 1. nu. 40. Steph. cit. c. 31. n. 45.* R. Poſſunt enim cauſæ per ſuperiorem avocari ab inferiori, propter denegatam aut protractam Iuſtitiam, *Gail. 1. obſ. 28.* Princeps Bavariæ avocationem ſibi ex juſtis cauſis reſervavit in Criminalibus, Maleſiz *Proceß. tit. 1. art. 3.* S. v. g. ſi vnus eſt immediatus Imperij, reliqui verò me-

mediati, omnes conveniendi ſunt in Camerâ, ne continentia cauſæ dividatur, & quilibet eorum, cum maximo Actoris incommodo, ſeparatim coram ſuo Iudice conveniri debeat. *Mynſ 1. obſ. 4 n. 3. T. juxta Tit. ff. de quibus rebus ad eundem Iudicem eatur.* Ratio eſt facilior Iudicis informatio, & cohærentia vnius cauſæ cum alterâ, eandem magis liquidans. *Steph. c. 23. per tot. V.* cùm æquum ſit eundem Iudicem pati contra ſe, quem quis elegit pro ſe, *cap. 1. & 2. Ext. de mutuis petitionibus.* W. Gerichts Ordnung / *6. tit.* 1. vnnd 2. Geſatz. *X.* cùm nec expreſsè alienam Iuriſdictionem ſupra ſe prorogare poſſint. *Y.* Iuri communi, quo ab executione Proceſsûs non inchoatur, incognitus, *l. vnic. Cod. de prohibita ſequeſtratione pecuniæ. Matth. Perlich. p. 1. concluſ 74. nu. 3. Z.* de quo integrum Tractatum conſcripſit *Andr. Gail. de Arreſt. Imperij, & Petrus Peckhius, de Iure ſiſtendi. conferantur ſtatut. Bavarica, tit. 19.*

XIII.

SVMMARIA.

1. *Quomodo Iuriſdictio aquiratur?*
2. *De ſubjecto Iuriſdictionis.*
3. *Quibus remedijs defendatur?*
4. *Quibus modis amittatur?*

1 Aquiritur Iuriſdictio vel ex ſpeciali Principis conceſſione, Præſcriptione, aut Iure Magiſtratûs. *a.* ex Cõceſſione de Iure in dubio veriùs cumulativè. *b.* in praxi etiam privativè defendi poteſt. *c.* ſubjectum Iuriſdictionis duplex eſt *d.* unum cui ineſt, 2 ſive cohæret, *e.* alterum circa quod velut ſubjectam

3 ctam materiam verſatur. *f.* Remedia tuendæ Iuriſdictionis in petitorio ſunt actiones, confeſſoria, & negatoria; in poſſeſſorio interdictum uti poſſidetis. *g.*
4 amittitur non uſu, *h.* propter denegatam Iuſtitiam, *i.* & nimiam ſævitiam. *k.*

A. *Henric. Bocer. Tract. de Iuriſdict. c. 8. n. 1.* *B.* *Berlich. p. 1. concluſ. 2. n. 1.* Hinc licet Princeps Iuriſdictionem in alios contuliſſet, ejus tamen cognitioni locus, ſi vellet, ſemper foret, *Sutholt de Iuriſdict. Aphoriſ. 187.* *C.* *Reinkingk de Reg. ſeculari. lib. 1. Claſ. 5. c. 11. n. 41. Menoch. conſil. 604. n. 23. & 26.* *D.* Territorium, & Perſonæ, *VVeſenb. parat. de Iuriſdict. n. 10.* in dubio tamen Territorio potiùs, quam perſonæ ineſſe præſumitur. *VVeſenb. cit. loco.* *E.* vel paſſivè & materialiter tanquam rei inanimatæ, vt Territorio, in quo ita radicata eſt, vt ab eo avelli nequeat, vel formaliter, & activé, nimirum Perſonis Magiſtratuum Iuriſdictionem exercentium, velut rei animatæ: etſi verò vtrumque regulariter concurrat, hoc tamen non eſt de ſubſtantiâ, juxta tradita ſuperius ad *Theſ. quintam*, niſi dicere velimus recenſitos ibidem Magiſtratus reſpectu ſuorum ſubditorum, eſto revera non habeant. *Steph. lib. 1, c. 33. per tot.* *F.* Perſonas nimirum, & res intra Territorium exiſtentes, in quas præſumitur Iuriſdictio eſſe illius, cuius eſt Territorium, *c. 7. Ext. de Officio ordinarij. Steph. cit. loco. n. 4.* *G.* utilia, cùm directa ſint tantùm pro ſervitutibus, DD. *ad §. æque, Inſt. de Act. & §. retinendæ, Inſt. de Interdictis. Bocerus cit. Tract. 1. c. 10. n. 8. & ſeqq.* præter remedia pænalia, uſitatiſſimas hodie pignorationes, mulctarũ indictiones &c. *Bocerus cit. loco n. 7.* *H.* *Bocerus c. vlt. n. 1. & ſeqq.*
I. *Gail. 1. obſ. 28. n. 1.* *K.* *Gail. 1. obſ. 17. n. 2. & alijs pluribus modis, à cit. DD. tradi ſolitis.*

CAp

CAPVT II.

DE POTESTATE, ET IVRISDICTIONE ECCLESIASTICA EPISCOPORVM IN SPECIE.

PRÆFATIO.

ABſoluta priori capite utriuſque Iurisdictionis materia in genere propius noſtro intento, de Eccleſiaſtica Epiſcoporum in ſpecie hoc capite agemus.

THESIS XIV.

SVMMARIA.

1. *Duplex humani generis regimen habetur, Eccleſiaſticum, & Seculare.*
2. *Vtrumque à ſe quidem invicem diviſum, in eâdem perſonâ Eccleſiaſticâ, non autem ſeculari, conſiſtere poteſt.*
3. *Eccleſiaſticum Summus Pontifex habet, cum ſibi ſubordinatis Epiſcopis.*
4. *Qui & quotnam ſint hodie in Romano Imperio Archi: & Epiſcopi?*

DVplex Regimen, ſive duplicem poteſtatem Iuriſdictionémque gubernandi hu- 1

 ma-

manum genus, & quidem à ſe invicem diſtinctam
2 eſſe, ſuprà dictum: *a*. quæ utraque nec neceſſariò conjuncta, nec neceſſariò ſemper ſeparata eſt, cùm in eâdem perſonâ Eccleſiaſticâ, tam ſummâ, vt in Romano Pontifice, *b*. quàm ſubalternâ, vt in Epiſ-
3 copis Germaniæ, *c*. non autem viceversâ in ſeculari ſubſiſtere poteſt. *d*. Regimen Eccleſiaſticum conſiſtit penes Pontificem Romanum, velut caput; *e*. Cardinales, *f*. Patriarchas, Archiepiſcopos, Primates, Metropolitas, Epiſcopos, & ab his dein ſubordinatos Eccleſiaſticos Magiſtratus. *g*. Imperium
4 Romano-germanicum Archiepiſcopos numerat 7. *h*. Primatem hodie nullum, *i*. Epiſcopos 46. computatis Acatholicis. *k*

A. c. 1. Theſ. 6. propter duplicem hominis finem, æternam videlicet felicitatem, ſive ſalutem animæ, & temporalem tranquillitatem; ad priorem dirigit poteſtas Eccleſiaſtica, poſteriorem conſervat ſecularis, ſive Politica. *Andr. Vallens. in Parat. Iur. Can. in proæ. §. 7. n. 3. Henr. Zoeſ. ad Decret. Iur. Can. lib. 1. Tit. 3. de Conſtitut. n. 16. Theod. Reinkingk Tract. de vtroque Regimine, ſeculari, & Eccleſiaſtico, Matth. Steph. Tract. de vtraque Iuriſdictione, Eccleſiaſticâ, & ſeculari.* quorum duorum poſteriorum, in Iure publico verſatiſſimorum JCtorum, inſignes cæteroquin Tractatus, iniquè ſummi Pōtificis & Eccleſiaſtici Regiminis authoritatē, propter Religionis diſparitatē ſæpius perſtringūt, ſed à Catholicis ſcriptoribus paſſim ſufficiēter refutantur. *B.* qui per tradita ſuperius ad *Theſ. 6. & 8.* Eccleſiaſticam in vniversâ Eccleſiâ, cùm totus mundus ipſius Diœceſis eſſe dicatur, *Zoeſ. de offic. Iud. ordin. n. 2.* quæ à Chriſto communicata D. Petro, eiuſque ſucceſſoribus promanat, & omnes omninò Chriſti Fideles,

deles, etiam Reges, & Imperatores adſtringit, *Vallenſ. in Proœm. cit.* §.*7. n.3.* ſimúlque ſecularem ſummam, & abſolutam directam in patrimonio D. Petri, velut ibidem ſummus Princeps ſecularis, indirectam quoque in Imperatores Reges, & Principes, quatenus Eccleſiæ vtilitas, & neceſſitas, animarumque ſalus requirit, exercere poteſt, *c. ad Apoſtolicæ, de Re Iud. in ſexto. Zoeſ. cit. tit. de conſtitut. n. 11.* vbi contrarijs Acatholicorum argumentis etiam reſpondet. *C.* Qui ſimul ſunt ſtatus Imperij, & inveſtiti Principes de Territorijs, adeoque duplicem perſonam repræſentant, ut ex *matricula Imperij* conſtat, & Infra *cap. 3.* latiùs oſtendetur. *D.* cùm Eccleſiaſtica ſive ſpiritualis ſoli ſancto Petro eiúſque ſucceſſoribus à Chriſto fuerit communicata, *Matth. 16. & Ioan. 21.* unde Imperatores, Reges, & Principes Romano-Catholici, ſeculari ſuâ Poteſtate contenti, Spirituali ſemetipſos, uelut Eccleſiæ Filios, ſponte ſubmittunt. *E. Zoeſ. de conſtitut. Princip. n. 8.* ubi ait hanc Poteſtatem quidem Papæ, & Eccleſiæ eſſe datam, Papæ tamen uelut capiti attributam, ad cujus diſpoſitionem corpus moveri debeat. *F.* quos Pontifex in arduis regendæ Eccleſiæ negotijs uelut ſupremos Purpuratos, Senatores & Conſiliarios adhibet, *Canon. Eccleſia. 7. Can. 16. q. 1.* ex eorúmque corpore eligitur, *Can. oportebat. 3. & ſeqq. diſt. 79. Corvin. in Ius Can. lib. 1. Tit. 3. Matth. Steph. lib. 3. p. 1. c. 5. G.* juxta *Theſ. 8. c. 1. H.* Moguntinũ, Colonienſem, Trevirenſem, Salisburgenſem: Ex Acatholicis Magdenburgenſem, & Bremenſem. *I.* ex defectu Religionis in Magdeburgenſi. *K.* juxta Matriculam Imperij, *VVilhel. Beckeri ſynops. Iur. publici annexam.*

XV.

SUMMARIA.

1. *Quibus modis ad faſtigium Eccleſiaſtica, & Epiſcopalis dignitatis perveniatur?*
2. *Penes quem olim fuerit, & hodie ſit Epiſcoporum Electio?*
3. *Extra Germaniam habetur pro privilegio Regiæ Majeſtatis.*
4. *In Germaniâ pertinet ad Capitula Canonicorum.*

1 Epiſcopalis dignitas acquiritur per Electionem. *a*, Poſtulationem. *b*, Translationem. *c*, Nominationem, uelut viam præparatoriam ad Electionem. *d*. nullus enim in Eccleſiaſticis dignitatibus eminere debet, niſi ritè aſſumptus. *e*. Electio eſt alicuius idoneæ perſonæ ad dignitatem uel munus aliquod canonicè facta uocatio. *f*. Epiſcoporum juxta Divini Iuris ordinationē, penes ſummum
2 Pontificem eſt: *g*. quamvis olim etiam Populus
3 elegerit. *h*. hodie extra Romanum Imperium in quibuſdam locis Regiæ Majeſtatis privilegium ha-
4 betur. *i*. In Germaniâ noſtrâ pertinet ad Capitula Canonicorum Cathedralium Eccleſiarum; *k*. qui extra illam hâc poteſtate fere nullibi gaudent. *l*.

A. Ex Iure & more uſitato, *Zoeſ de Elect. & Electi poteſt. in princ. Vallenſ. eod. Tit. n. 2.* *B*. quæ eſt via quaſi præparatoria ad Electionem, & gratiæ, concors videlicet, certa, & ſupplex Capituli, uel aliorum, petitio, apud ſuperiorem

facta

facta, ut certa aliqua perſona ad Prælaturam, vel Epiſcopatum promoveatur, ad quam ob aliquod impedimentum canonicum, (non delictum, *Vallenſ. de Poſtul. Prælat. nu.6.*) jure eligi non poteſt, ut ſi agatur de Laico, aut illegitimè nato, uel requiſitâ ætate minore, Epiſcopo alterius Eccleſiæ, &c. in Epiſcopum aſſumendo, *Vallenſ. de Poſtul. Prælat. n.3.* ſive poſtulatio eſt perſonæ aliàs jdoneæ, ſed canonico impedimento laborantis ad dignitatem promovendæ petitio. *Zœſ. de poſtulatione Prælatorum. n.6.* dummodo impedimenti diſpenſatio neque difficilis, neque dura futura ſit Eccleſiæ, introducta in ſubſidium Electionis, *Henr. Caniſ. in ſum. Iur. Canon. lib.1. Tit. 12. C.* quâ Epiſcopus unius Eccleſiæ propter utilitatem, aut neceſſitatem, ad aliam Eccleſiam tranſit, quod ſine ſedis Apoſtolicæ Authoritate fieri nequit, cùm talis per Matrimonium ſpirituale, Electione inchoatū, Confirmatione contractum, Conſecratione perfectum, ſive conſummatum, vinculū ſpirituale fortius carnali, *cap. 2. Ext. de Translat. ſuo ſenſu. Vallenſ. cit. loco. n.4.* non niſi morte, aut ſummi Pontificis diſpenſatione ſolubile, ſuæ Eccleſiæ alligatus, ad aliam tranſire nequeat, aliàs utrâque cariturus, ne præſideat illis, quos per avaritiam concupivit, nec illis, quos per Superbiam ſprevit, *Text. in cap.3. Extra, de translatione Epiſcopi. D. Vallenſ. de Elect. § 1. n. 2.* hodie enim quibuſdam Principibus competit Epiſcoporum nominatio, quos præſentant Pontifici, qui ſuper uitâ & meritis eorum ſcrutinio præmiſſo, confirmat taliter nominatos, quod toleratur; quia Intereſt Principum ſibi habere addictos Antiſtites, qui ſubditorum animos à ſe non avertant, ut in terminis loquitur *Zoeſ. de Electione n.23. E. c.1. de Electione. Matth. Steph. lib. 3. p. 1. c. 9. nu 1.* Ex cuius requiſiti defectu extra Orthodoxos Romano-Catholicos nulli alij legitimos Eccleſiaſticos Magiſtratus aut Miniſtros habent. *F. Zœſ. de Elect. n. 1. G.* cùm D. Petro eiúſque Succeſſoribus omnis

Poteſtas Eccleſiaſtica ſit à Deo data, *Matth. 16. & Ioan. 21. Can. 1. diſt. 22. Robert. Bellarm. Eminentiſsimus Eccleſiæ Rom. Cardinalis in Contr. de memb. Eccleſ. milit. lib. 1, c. 2. H. Can. Plebs Can. noſſe. Can. Metropolitano, diſt. 63.* qui poſtmodum à ſuperiori erant confirmandi, hodie Electus ad populi clamorem prohibetur confirmari, *c. 2. Ext. de Elect. I.* ut in Hiſpaniâ, Galliâ &c. quod Eccleſia ex juſtis cauſis permittit, *Zœſ. de Elect. n. 23.* ſi modò, quod Galliam attinet, intra limites Regni Gallici anteceſſor moriatur, alioquin ſummus Pontifex nominat, ſicut hodie ejus auſpicio Cardinalis Grimaldus Epiſcopus eſt Aquenſis, *K. Zoeſ. de Elect. n. 2. & 3. L.* de uariatione Electionum cum lapſu temporis, uideatur *Franciſcus Zypoeus, in Ius Pontif. lib. 1. fol. 21. de Elect.*

XVI.

SVMMARIA.

1. *Eligendi uia triplex.*
2. *Forma in Electione obſervanda.*
3. *Quinam eligi poſsint?*
4. *Quinam eligere?*

1 Epiſcoporum eligendorum uia triplex eſt, *a.* per Scrutinium, communis & frequentiſſima. *b.* Compromiſſum, rarior. *c.* Inſpirationem, amplius
2 fere nulla. *d.* facienda electio juxta formâ à Concilio Lateranenſi præſcriptam, *e.* cum obſervatione ſtatutorum, & conſuetudinum cuiuſque loci. *f.*
3 Eligi poſſunt qui non prohibentur, *g.* Similiter
4 non prohibiti eligere.

A. Text.

A. Text. Expreſſus in cap. Quia Propter 42. Ext. de Elect *B.* cùm tres de Collegio fide digni ſeliguntur, qui præſentium vota ſecretè, & ſigillatim diligenter excipiant, dein in ſcripturam redacta ſtatim in communi publicent, publicatione per unum, uice omnium, pronuntiandâ; is verò pro legitimè electo habetur in quem omnes uel major, & ſanior pars (aut numer⁹ eligentiū alterius partis alterā induplū excedens.) conſenſerint, *Cap. ſi quando. 9. de Elect, in 6to. Zoeſ. hoc. tit. n. 72. Henr. Can. in ſum. Iur. Can. l. 1. Tit. 11.* (quod tunc fit, ſi eligentes omnes (non enim hic ſufficit major & ſanior pars, eò quòd Compromiſsū ſit voluntarium, adeoq; ab omnibus approbandū *c. quod omnes, de R. I. in ſexto.* & invitus Iure ſuo ordinario, nimirum Electionis, nemo ſit privandus, *Gloſſa in c. 42. de Elect. Zoeſ. dict. Tit. n. 74.*) in unum, vel plures compromittant, ut illi, aut is, nomine totius Capituli idoneam perſonam eligant, *Caniſ: cit. lib. 1, Tit. 11. §. Ceterum.* *D.* quando omnes unanimiter, quaſi per inſpirationem divinam, abſque vitio in unū conſentiunt. *c. 42. Ext. de Elect. E. cit. cap. 42. Caniſ. cit. loco, F.* quod recepta praxis demonſtrat. *G.* cùm ſit edicti prohibitorij; prohibentur autem Illegitimè nati, minores 30. annis, Laici, Excommunicati tam majori, quàm minori excommunicatione, Suſpenſi, Interdicti, vitio corporis, Miniſterium impediente, laborantes, ſcientiâ deſtituti, & alij &c. *Zoeſ. de Elect. §. 5. n. 2.* I, Ratio eſt edicti prohibitorij: ex prohibitis ſunt Impuberes, ſacris ordinibus non initiati, Laici, Excommunicati majore, non minori excommunicatione, ſuſpenſi ab homine, ſive per Iudicis ſententiam, non per Canonem, plùs enim requiritur requiritur in Eligendo, quàm Eligente, *Vallenſ. de Elect. §. 5. n. 1. Zoeſ. eod. Tit. nu. 3. & ſeqq.*

XVII.

XVII.

SVMMARIA.

1. *Electionem ſequitur Confirmatio.*
2. *Ante eam munus ſuum gerere nequit Electus.*
3. *Excipiuntur remoti, extra Italiam conſtituti à Summo Pontifice, ut Germaniæ Epiſcopi, confirmandi.*
4. *Electus eligentibus ſuum aſſenſum accōmodare, & Confirmationem à ſuperiore intra præſcripta tempora, ſub pœnâ Iuris quæſiti amittendi, petere tenetur.*
5. *Confirmatus intra præſcriptum tempus conſecrandus eſt,*
6. *Poſt conſecrationem ipſo Iure omnia illius beneficia vacant.*
7. *Archiepiſcopis pallium neceſſariò, Epiſcopis interdum ex ſingulari ſummi Pontificis beneficio conceditur.*
8. *Pallium quid ſit?*

1 Electionem excipit Confirmatio, ſine quâ obtentâ, adminiſtrationi Eccleſiæ ſuæ nec per alium, nec per ſe, ſine amiſſione Iuris, per Electionem quæ-
2 ſiti, ſe ingerere Electus poteſt. *a.* Remoti tamen
3 extra Italiam in concordiâ electi, propter neceſſitatem, & utilitatem Eccleſiarum, ex Concilio Lateranenſi, etiam ante Confirmationem, poteſtatem habent adminiſtrandi tam ſpiritualia, (exceptis quæ Ordinem concernunt) quàm temporalia Eccleſiæ ſuæ, dummodo ex rebus Eccleſiaſticis nihil prorſus
4 alienent. *b.* Aſſenſum præbere intra menſem, à die inſinuatæ Electionis, inter alios tres menſes Confirma-

mationem petere tenetur Electus. *c.* Confirmatus 5
intra 3. menſes conſecrandus eſt ab Archiepiſcopo,
vel tribus adminimùm Epiſcopis. *d.* Poſt Conſe- 6
crationem omnia beneficia Eccleſiaſtica Conſecrati, ipſo Iure vacant, & ab eo, ad quem ſpectant, liberè conferri poſſunt, non priùs. *e.* Præter Conſe- 7
crationem ſingulare eſt in Archiepiſcopo, quòd huic pallium, veluti dignitatis ſuæ inſigne, communicetur; *f.* quod Epiſcopi ex ſpeciali gratiâ 8
ſubinde conſequuntur. *g.* Pallium eſt ornamentum de corpore D. Petri. *h.*

A. c. Avaritia, de Elect. in ſexto. Caniſ. lib. 1. tit. 13. §. quæ uſque. Confirmandus & quilibet à ſuo ſuperiore, Abbas ab Epiſcopo, Epiſcopus ab Archiepiſcopo, Archiepiſcopus à ſuo Patriarchâ, hic conſequenter à ſummo Pontifice, niſi ex his quiſpiam immediatè ſubiectus ſit ſummo Pontifici, aut Pontifex ſibi reſervaverit Confirmationẽ, velut in Epiſcopis Germaniæ, vigore concordatorum; quibus caſibus Confirmatio petenda erit à ſummo Pontifice, *Vallenſ. de Elect. §. 7. n. 1. 2. & 3. B. cap. Nihil, Extr. de Elect. Caniſ. cit. loco.* quales ſunt Germaniæ Epiſcopi. *C. Caniſ. cit. loco. §. caterùm,* cum limitatione Nicol. Tertij ſummi Pontificis, in ijs, quorum confirmatio ad ſedem Apoſtolicam pertinet, *cap. Cupientes, 16. de Elect. in ſexto. D. Caniſ. lib. 1. tit. 14. §. quæ cum ſequenti. E. cap. cùm in cunct. 7. §. Cùm verò. Ext. de Elect.* priùs ideo nõ vacant; quia Cõſecratio ex causâ poſſet à ſuperiore reijci, *Caniſ. cit. loco. §. ubi. F.* ſine quo nec Archiepiſcopi nomen ſibi Iure vendicat, nec ea, quæ ordinis ſunt, rectè exequitur. *Caniſ. lib. 1. Tit. 14. §. illud Archiepiſcopalis,* ſaltem graviora *Vallenſ. de vſu. & Authoritate Pallij n. 3. G. cap. cùm in Iuve. 1.*

Ext. de Præſumpt. Pullenſ. cit. loco. n. 5. in fine. H. deſignans plenitudinem paſtoralis officij, quod hic intelligitur authoritatis nomine, quia ſuper altare D. Petri benedicitur, & conſecratur, illo ſuâ authoritate ſemper, & vbique ſolus ſummus Pontifex per univerſam Eccleſiam, quæ ejus Provincia dicitur, in miſſarum ſolemnijs utitur; ab eo accipiunt 4. Patriarchæ, Archiepiſcopi, & quandoq; Epiſcopi, eô utentes tantùm in Eccleſijs ſuę Provincię certis ſolemnibus dieb⁹, *Arnold Corvin. in Ius Can. lib. 1. Tit. 9.* perſonale eſt, ut nec alteri cedi, nec cum tranſeunte ad aliam Eccleſiam transferri poſſit; ſepeliendum cum eo, qui illud impetrat, *Corvin, cit. loc.*

XVIII.

SVMMARIA.

1. *Poteſtas Epiſcoporum alia eſt Ordinis, alia Iuriſdictionis.*
2. *Iuriſdictionis alia ordinaria, alia delegata.*
3. *Ordinariam exercet Epiſcopus in totâ Diæceſi, etiam in Principes ſeculares.*
4. *Qui ſimul habent temporalem, ut Germaniæ Epiſcopi, eas in ſeparatis conſiliis adminiſtrant.*
5. *Ordinaria Epiſcopalis Iuriſdictio præcipuè conſiſtit in lege Iuriſdictionis & Diæceſanâ.*
6. *Vtriuſque legis diſtinctio.*

1 Epiſcopi canonicè Electi, Confirmati, & Conſecrati, tam ea, quæ ſunt Ordinis, quàm Iuriſdictio-
2 nis exercere poſſunt. *a*, Et quidem Iuriſdictionem, *b.* de quâ deinceps ſermo erit, *c.* uel ſuo, id eſt, or-
3 dinario Iure, *d*, uel alieno. *e*, Ordinaria Epiſcoporum

porum ſpiritualis Iuriſdictio, fundata eſt per totam Diœceſin ſuper clericos, & ſeculares, ipſos etiam Principes, Reges, & Imperatores, *f.* licet Diœceſis illa ſub alterius ſecularis Principis, Civitatis, aut etiam alterius Epiſcopi Territorium temporale cadat: *g.* quòd ſi in eodem loco, ut in Germaniâ, 4
Territorium, & Diœceſin, & ſic utramque Juriſdictionem habeat Epiſcopus, *h.* negotia Eccleſiaſtica, & ſecularia in diverſis conſilijs expedienda ſunt, *i.* quod ipſi etiam Acatholici Principes in Epiſcopatibus per Transactiones Imperiales obtentis obſervant. *k.* Conſiſtit autem ordinaria Epiſco- 5
porum Jurisdictio præcipuè in duobus, lege Jurisdictionis in ſpecie, & Diœceſanâ; *l.* licet ad unam ſpectantia, etiam ſub alteram cadere poſſint. *m.* 6
communiter tamen ſub lege Jurisdictionis univerſam Eccleſiæ adminiſtrationem, ſub diœceſanâ verò emolumenta, & ſubſidia, quæ ejus nomine competere poſſunt, comprehenduntur *n.* Lex Jurisdictionis denuo ſubdividitur, ut ſub unâ ſpecie Paſtoralis officij munia, tam circa perſonarum ſubjectionem, ac proviſionem, quàm cauſarum cognitionem; ſub alterâ verò rerum ad Eccleſiam pertinentium cura, & adminiſtratio contineatur. *o.*

A. Quia ordinariam habent poteſtatem, in 3. membra diviſam, quædam enim ad eos pertinent Iure Ordinis, ut Eccleſiæ, & altarium conſecratio, poſt pollutionem ablutio, & purgatio, Chriſmatis, & olei Catechumenorum, & infir-

infirmorum confectio, Virginum benedictio, Clericorum ordinatio: quædã lege Iuriſdictionis, & quædam lege diœceſanâ, *Corvin. in Ius Canon. lib. 1 Tit. 14. B.* C. Ordinariã ſummus Pontifex per totum orbem; Epiſcopi, & alij Prælati in partibus ſibi commiſſis, *Zoeſ. de Offic. Iud. ord, n. 2.* D. competentem ratione dignitatis ex Can. vel conſuetud. *cap. 9. de offic ord.* unde, & Ordinarius vocatur, E. quæ delegata dicitur, quam habens vice delegantis fungitur. *Tot. Tit. de offic. & Poteſt, Iud. deleg.* F. *cap. Poſtulaſti. Ext. de foro compet. Vallenſ. in Præm. ſuorum Paratit. Iur. Can. §. 7. n. 3.* cùm quivis alicui Epiſcopo ſubſit, *cap. omnes. cap. ſollicitæ. Ext. de majoritate, & obedientiã, cap. omnes, Ext. de cenſibus.* G. non enim repugnat aliquem in ſuo Territorio habere Iuriſdictionem temporalem, & ibidem ſubeſſe alterius Iuriſdictioni ſpirituali, propter diverſum utriuſque Iuriſdictionis finem, & reſpectum, *Zoeſ. de conſtitut. n 16.* ita Viennæ in ſuo hereditario Territorio, ipſe Auguſtiſſimus Imperator Epiſcopo Viennenſi, Monachij Sereniſſimus Elector Epiſcopo Friſingano in ſpiritualibus ſubeſt. H. diſtrictus temporalis Iuriſdictionis, Territorium, ſpiritualis Diœceſis vocatur, utrumque habent Germaniæ Epiſcopi, ſimul Principes & ſtatus Imperij, plerumque autem latiorem Diœceſin, quàm Territorium. I. & cuilibet præponendus eſt judex competens. Tribunalia Eccleſiaſtica, Conſiſtoria vocantur, etiam apud Acatholicos, ad quæ ſpectant cauſæ Eccleſiaſticæ, *Matth. Steph. lib. 3. p 1. c. 15.* ſecularia, Weltliche Regierung, Hoffräth rc. à conſiſtorijs appellatur ad ſummum Pontificem, à ſecularibus tribunalibus, ad Imperatorem, juxta notoriam Germaniæ praxin. K. *Steph. cit. lib. 3. p. 1. c. 15.* L. quæ diſtinctio quidem minus legalis, recepta tamen à DD. clarioris explicationis causâ, *Zoeſ. de offic. Iud. ord. n 3. & 4.* M. eò quòd contineant Iura Epiſcopalia, *cap. conquerente, 16. cap. dilectus, 28, de offic. ord,* neque hæc diſtinctio apud omnes reperia-

tur. *N.* Sic legi Iuriſdictionis attribuitur Poteſtas corrigendi, conferendi, excommunicandi, inſtituendi, de cauſis ad forum Eccleſiaſticum de Iure ſpectantibus cognoſcendi; legi diœceſanæ verò jus Procurationem, Cathedraticum ſive ſynodaticum, cenſus & decimas exigendi, & percipiendi, *Corvin. cit. Tit. 14. O. Concil. Trid. ſeſſ. 21. c. 8. ſeſſ. 24. c. 2. & 9.*

XIX.

SVMMARIA

1. *Pro conſervatione Eccleſiaſticæ diſciplinæ annuatim viſitationes Diœceſis inſtituendæ ſunt.*
2. *Quid in illis faciendum?*
3. *Eum in finem etiam ſynodus jnſtituenda.*

Prædicta omnia, quibus diſciplina Eccleſiaſtiſtica nititur, ut majori in flore conſerventur, receptum eſt, ut ſemel, vel bis in anno, aut pro amplitudine Diœceſeos rariùs, per Epiſcopum, aut alios idoneos Præsbyteros viſitatio inſtituatur: *a.* inquirendo de uitâ, & conſervatione miniſtrantium in Eccleſijs, & locis divino cultui deputatis. *b.* Eundem in finem ſynodus jnſtituenda, convocando Diœceſeos totius Prælatos, & præſertim Archidiaconos, & Decanos rurales, & Clericos, ea interim, quæ in Epiſcopali ſynodo decreta, ad Archidiaconalem, & ruralem ſynodum referenda ſunt. *c.*

A. cap. conquerente, Ext. de offic. ord. cap. venerabilis, Ext. de cenſibus. cap excommunicamus, §. adijcimus, Ext. de hæreticis. Concil. Trid. ſeſſ. 24 c. 3. B. c. 1. §. ſanè, Ext. de cenſibus, in 6. C. VVinzler de Iuriſdict. Epiſ. Tit. 12. n. 6.

XX.

SVMMARIA.

1. *Ad Iuriſdictionem Epiſcopalem cauſæ controverſæ, vel Iure ordinario & ex ſuâ naturâ, vel extraordinario, ex ſpeciali perſonarum privilegio, pertinent.*
2. *Priores ſunt de rebus ſacris & ſpiritualibus, tam inter laicos, quàm Clericos.*
3. *Poſteriores Clericorum tam Eccleſiaſticæ quàm Civiles & criminales & ſubinde Laicorum.*
4. *Plures perſonæ ex ſpeciali privilegio, etiam apud Iudices ſeculares, ad aliud forum pertinent.*
5. *Iudex Eccleſiaſticus etiam in causâ ſeculari, non vice-versa, ſecularis in ſpirituali judicare poteſt.*
6. *Clericus nec ſeculari, nec alij Eccleſiaſtico Iudici ſe ſubmittere poteſt, ſine expreſsâ ſui Ordinarij licentiâ.*
7. *Fallit hoc in multis caſibus, ubi etiam clericus coram ſeculari rectè convenitur.*
8. *Iuriſdictiones non ſunt confundendæ.*

1. Ad forum Eccleſiaſticum. *a.* ex ſuâ naturâ ſpectant controverſiæ de rebus ſacris, & ſpiritualibus, ut beneficiales, matrimoniales, decimales de jure Patronatûs, &c. *b.* crimen hæreſis, *c.* ſimoniæ, &c.
2 ſive inter Clericos, ſive laicos, agitentur. *e.* vel ex
3 ſpeciali perſonarum privilegio, ut Clericorum regulariter omnes, etiam profanæ & ſeculares cum Criminalibus; *f.* imò & laicorum Civiles, ut miſerabilium perſonarum, *g.* & ſi in foro ſeculari Iuſti-

ſtitia non adminiſtretur. *b.* ſic etiam jus Civile 4
ſpeciale tribuit forum perſonis quibuſdam Illuſtribus, Militaribus, *k.* ſtudioſis, & Profeſſoribus. *l.* Imperator qui ex ſuâ Majeſtate omnes judicat, & à nemine judicatur, ſuo modo agnoſcit Iudicem ſpecialem, *m.* non ſummus Pontifex. *n.* Iudicare 5
poteſt Eccleſiaſticus de cauſis quoque ſecularibus; *o.* non viciſſim ſecularis de Eccleſiaſticis. *p.* Clerici privilegio fori, etiam cum juramento, renunciare non poſſunt, quod laicis licet. *q.* nec ſe ſubijcere laico; qui Clericum judicans non tantùm nihil agit, ſed etiam excommunicatur. *r.* imò nec alij Eccleſiaſtico. *ſ.* Excipiuntur cauſæ feudales, etiam 6
contra Clericum coram Iudice ſeculari feudali tractandæ, *t.* in praxi etiam merè reales. *v.* Inſuper Clericus hæres laici defuncti, *x.* uti etiam in cauſâ Evictionis ad forum ſeculare trahi poteſt. *y.* In Bavariâ Prælati etiâ actionibus perſonalibus coram ſecularibus conveniuntur: *z.* quemadmodum in Romano Imperio etiam ſtatus Eccleſiaſtici, in ſecularibus Imperatorem, vel Cameram Iudicem 8
habent. *aa.* regulariter autem cauſæ ſeculares ad forum ſeculare, uti & laici; Eccleſiaſticæ verò, ſicut & Clerici, ad Eccleſiaſticum trahendæ ſunt, ne Iuriſdictiones confundantur. *bb.*

A. de utroque tam Eccleſiaſtico, quàm ſeculari foro, & modis illud ſortiendi, conferantur huc à nobis dicta. *c. 1. Theſ. 11, & 12. B. Andr. Gail, lib. 1, obſ. 38. Zoeſ. de foro com-*

pet,

pet. n. 8. matrimoniales quidem, ſive principaliter, nimirum de ſubſtantiá, & validitate matrimonij, ſive incidenter, ratione natalium legitimitatis, aut de divortio, ſeu ſeparatione thori agatur. *cap. 2. Ext. qui filij ſint legitimi*, illuc etiam ſpectat cauſa Iuramenti, ad cuius obſervationem etiam laicus coram Clerico convenitur. *cap. 3. de foro compet. in 6.* quamvis & Camera Imperialis, à Iuramenti obſervatione ad effectum agendi, abſolvere poſsit, *ord. Cam. p. 2. Tit. 24.* quæ tamen ſpirituales non recipit, *Gail. 1. obſ. 112. n. 17. C.* quo ad cognitionem, & poenam, *Iul. Clar. in §. hæreſis. nu. 4.* quamvis ſecularis notorium hæreticum, cuius videlicet profeſsio pro hæreticâ ab Eccleſiâ iam eſt declarata, punire poſsit. Sic Anabaptiſtæ à Iudice ſeculari, abſque ullâ Iudicis præviâ inquiſitione, in Imperio rectè puniuntur Reichs-Abſchid zu Speyer *Anno 1529. §.* Nach dem. *D. Iul. Clar: in §. ſimonia, n. 7.* & ſimiles, de quibus videatur *Covarn. pract. quæſt. c. 31. n. 2. verſ. Prima concluſio. E.* Inter modos enim ſortiendi forum, etiam cauſam ſupra retulimus, quæ ad ſe perſonam trahit. *Gail. 1. obſ. 37. n. 3. F.* Clerici enim actores forum laici, in cauſis ſecularibus;ècontra autem laici actores in omnibus cauſis regulariter forum Clerici ſequuntur, ex ſpeciali ordinis Clericalis privilegio; eò quòd inconveniens eſſet ſtatui Clericorum, illos ſubdi Iudici laico, & ab eo, cùm ſint digniores, puniri, *Vallenſ. de foro compet. nu. 7. Zoeſ. ibidem n. 20. G.* ſpe citiùs conſequendæ Iuſtitiæ, quales ſunt Pupilli, Viduæ, *cap. Ex parte 15. de foro compet.* quemadmodum de Iur. Civil. ex eâdem ratione immediatum Iudicem habent Imperatorem inter pupillos &c. quod tamen praxis non obſervat, teſte *Gail. 1. obſ. 1. nu. 40. H. cap. licet. 10. & cap. Ex tenore, 11. de foro compet.* quod nec hodie praxis permittit, imò in quibuſdam locis hoc expreſsè prohibetur, ut videre eſt in *ſtatutis Tyrolenſibus Anno 1603.* typis impreſsis. *lib. 2. Tit. 16. ibi* ſaln Lay, *I. l. fin. Cod. ubi Senatores*

tores, vel clariſſimi: quod hodie non obſervatur, K. *l. 9. Cod de Cuſtod: Reorum,* L. *Auth. habitâ, Cod: ne Filius pro Patre.* M. Palatinum Electorem, *aurea Bullâ Tit. 5. §. Fin.* cujus cognitioni, & quidem duntaxat in Curiâ imperiali & cauſis Civilibus, depoſitâ quodammodo Majeſtate, per modum arbitramenti, non Iuriſdictionis, ſe ſubmittit, cùm inferior in ſuperiorem Iuriſdictionem non habeat, & Imperator in terris (quo ad temporalia) ſuperiorem non recognoſcat, *D. Beſold. ſyn. Polit. l. 1. c. 2. n. 48. Arum. ad A. B. diſc. 3. nn. 45.* N, omnes enim judicat, & à nomine judicatur O. *cap. 10, 11. & 15. Ext. de foro compet.* P. *cap. 2. eodem.* Q. per Text. expreſſum quoad Clericos, *in cap. ſi diligenti. Ext. de foro compet.* quo ad laicos verò, *l. penult. Cod. de pactis. Zoeſ. cit. tit de foro compet. n. 20.* R. *cap. 2. Ext. eod.* & laicus clericum coram Iudice laico convehiens, causâ cadit, *Auth. ſtatuimus, Cod: de Epiſcop. & Cler. Zoeſ. de foro compet. n. 13. & 14.* S. ſine expreſsâ licentiâ ſui ordinarij; *cap. ſignificaſti. de foro compet.* T. *cap. 6. & 7. Ext. de foro compet. And. Gail. lib. 1. obſ 37. n. 3.* Ex hac aſſignatâ ratione, quòd natura cauſæ trahat ad ſe perſonam, non perſona cauſam, vel juxt. *Zoeſ. de foro compet. n. 8.* quòd feudum ſit res Domini, cuius intereſt habere bonum Vaſallum; & quidem ſi lis ſit inter duos Vaſallos, coram Domino; ſi inter Vaſallum & Dominum, coram paribus curiæ. *Steph. lib. 1. c. 31. n. 51.* V. *Gail. 1. obſ. 37. n. 3.* eò quòd ibi perſona non ſit obligata, nec illa, ſed res ipſa trahatur in Iudicium, eſto in conſequentiam in ipſam condemnationem veniant etiam præſtationes perſonales expenſarum, damnorum, Fructuum reſtituendorũ &c. & hoc praxis obſervat, quamvis contrarium Iuri Canon. conformius ſit, *Zoeſ. de foro compet. n. 6.* X. ſi cum defuncto Iudicium jam fuerit inchoatum, Ratio, quòd per litis conteſtationem cum defuncto jam fuerit quaſi contractum, adeoque inſtantia in heredem, etiam Clericum, tranſeat, & proprium privilegium heredem non excuſet, ſed judicium

G fini-

finiendum ſit, vbi cœptum. *Gail. 1. obſ. 37. n. 8.* ſecus ſi de novo inchoandum, *Z eſ. de foro compet. n. 27.* Y. quia ibi non eſt principalis, ſed merus, & neceſſarius defenſor laici emptoris, principaliter conventi, qui non poteſt allegare privilegium ſui Iudicis; quam communem aſſerit *Gail obſ. 37. n. 7. Mynſ. q. 1. obſ 22 6. obſ 33.* quòd ſi Clericus primò conveniatur, id fieri debet coram ſuo judice, *Zoeſ. cit. loco. nu. 28.* Z. ex contractibus, ijs autem duntaxat quæ non ſolum Prælati perſonam, ſed cauſas pecuniarias concernunt, Erklärte Landts Freyheit. *p. 1. art. 6 ibi,* wann ſolche Sprüch von Geld vnd Guet herrühren / nit aber deß Prälathen aigne Perſon betreffen. quod cum conſenſu Ordinariorũ, in Prælatorum, tanquam Provinciæ ſtatuum Iuriſdictione ſeculari, Hoffmarchiarum etiam, præditorum, ut faciliùs cum ipſis contrahatur, receptum videtur (vti etiam ſtatus Eccleſiaſtici Imperij, coram Camerâ vel Imperatore conveniri poſſunt) ſed neutiquam ad alios Clericos, ceſſante hac ſpeciali ratione, extendendum eſt. *AA. Gail. 1. obſ 30. n. 2* BB. & una Iuriſdictio alteram impediat. *cap. autem. 7. Ext. qui filij ſint legitimi. Andr Gail. lib. 1. obſ. 3. n. 6.*

XXI.

SUMMARIUM.

Cauſæ ſpirituales in petitorio ad forum Eccleſiaſticum ſpectantes, in poſſeßorio etiam coram Iudice ſeculari tractari poſſunt.

Cauſas beneficiales, matrimoniales, & decimales, aliasque ſpirituales, ſimpliciter ad forum Eccleſiaſticum ſpectare, adeoque in ſeculari tractari non poſſe, *a* intelligendum eſt de petitorio. *b.* quòd ſi verò circa illas controverſia ſit de poſſeſſorio,

ven-

ventilari etiam poſſunt in foro ſeculari. *c.* ut ſi de vxore exhibendâ, *d.* aut ſponsâ duorum ſequeſtrandâ; *e.* quaſi poſſeſſione Iuris Decimarum, *f.* de meris fructibus, & contractibus ſuper illis, *g.* aut furto decimarum agatur, *h.* de recuperandâ vel retinendâ poſſeſſione beneficij: *i.* niſi titulus in poſſeſſorio principaliter controvertatur, tunc enim remiſſio cauſæ facienda eſt ad Eccleſiaſticum; *k.* non de adipiſcendâ. *l.*

A. Juxta *Theſin præced.* *B.* unde, vt ſic, nec in Camerâ Imperiali recipiuntur, *Gail. 1. obſ. 38. n. 2. & obſ. 112. n. 17.* *C.* quia poſſeſſio rei ſpiritualis temporalis eſt, licet reſpectu Eccleſiæ agatur; non tamen de Iure ſpirituali diſputatio inſtituitur, ſed tantùm ſuper facto quæritur, an laicus poſſideat rem Eccleſiaſticam, an verò Clerici ſint in poſſeſſione, percipiendi v. g. Decimas? *Can. Petimus. 11. q. 1. cap. fin. Extr. de Iud. Gail 1. obſ. 38. n. 2.* *D.* *l. 2. ff. de liberis exhibendis. Henr. Zœſ. in Comment. ff. cit. tit. n. 4.* *E.* *Gail. 1. obſ. 112. n. 15. 16.* ſic etiã quæſtio facti, an ſponſalia, vel matrimoniũ, ſit contractũ? à ſeculari decidi poteſt, non verò an validè, quæ, utpote Iuris, ad Eccleſiaſticum pertinet. *F.* *Henr. Caniſ. de decimis. c. 18. ſtatut. Bavar. tit. 28. art 17. ex Concordatis Anno 1583.* *G.* cùm ſpirtuales non ſint. *H.* *Canis: cit. loco.* *I.* *Iacob Menoch. de retinendâ poſſ. remed. 3. n. 328. & ſeqq.* *K.* quia ſpiritualitatem attingit, pro ut fit in Camerâ Imperiali, *Teſt. And. Gail, cit. loco. Mynſ. 1. obſ. vlt.* *L.* ibi enim titulo opus, *Mynſing. cit. loco.*

XXII.

SVMMARIA.

1. *Delicta Clericorum indiſtinctè ad forum Eccleſiaſticum pertinent.*
2. *Ex quibuſdam delictis poſt ſolemnem degradationem traduntur Clerici Magiſtratui ſeculari puniendi.*
3. *Delicta laicorum regulariter ad Iudicem laicum ſpectant.*
4. *Excipiuntur ea, quæ dicuntur eſſe mixti fori, ſive adutrumque forum ſpectare.*
5. *Hinc quæritur, an punitus in uno foro de tali mixto delicto, in altero rurſus puniri poßit?*

1 Clericos tam in Civilibus, quàm Criminalibus cauſis ſoli Iudici Eccleſiaſtico ſubeſſe, diximus ſupra. *a.* proin ab eo ſolo puniri poſſunt. *b.* ex
2 tribus tamen delictis, videlicet propter hæreſin, falſificationem litterarum Apoſtolicarum, & delictum in Epiſcopum admiſſum, actualiter & ſolenniter, præſente Magiſtratu civili, degradantur, eique coërcendi relinquuntur. *c.* Laicorum delicta ſpectant
3 punienda ad Magiſtratum ſecularem. *d.* ex quibus tamen nonnulla etiam à Magiſtratu Eccleſiaſtico præter ſecularem vindicari poſſunt, & hinc mixti fori eſſe dicuntur. *e.* ut ſunt ſortilegium, *f.* perjurium, adulterium, ſacrilegium, *g.* bigamia, ſive potius Polygamia, *h.* concubinatus, *i.* ſtuprū *k.* uſu-

uſuræ *l.* &c. quæ, & his ſimilia, cùm uterque Iudex punire poſsit, *m.* controvertitur, an de tali delicto accuſatus iam abſolutus, vel punitus in uno, poſtea in altero quoque foro rurſus accuſari, aut puniri poſsit, an verò præventioni & rei judicatæ ſit locus? Reſpondemus talem alibi rurſus accuſari, & puniri poſſe, *n.*

A. Theſ 20 per c.2. Ext. de foro compet. & cap. 2. eod. in 6. Auth. ſtatuimus. Cod. de Epiſ. & Cler. B. indignum enim eſſet, illos judicari à laico, *Zoeſ. de foro compet. n. 20. C.* pro quibus tamen Eccleſia efficaciter intercedere debet, ut citra mortis periculum ſententia feratur; *Henr. Caniſ. in ſum. Iur. Can. lib. 3. tit. 22. §. actualis, cum §. ex his. D.* præſertim ſanguinis, à cuius effuſione Eccleſia propter manſuetudinem Chriſti, Clericos abſtinere jubet, neque Ius Can. tales pœnas habet, *Canis lib 3. tit. 22. § eo. E.* alia enim merè Eccleſiaſtica, alia merè ſecularia, alia communia, ſivè mixti fori dicuntur, *Iul. Clar. in §. fin. q. 37. n. 1. Vallenſ. lib. 5. Decret. Tit 3. de ſimoniâ. §. 1. n. 3. F. Iul. Clar. in §. hæreſis. nu. 25. Caniſ. lib. 3. tit. 14 §. ſortilegi. 1.* hodie tamen hoc & ſubſequentia regulariter à ſolo Magiſtratu ſeculari puniuntur, *Carol. art. 109. G. Iul. Clar. q. 37. n. 3. 6. 7.* Perjurij pœna de Iure Can. eſt Excommunicatio; de Iur. Civ. olim varia, ut & hodie arbitraria, in certis caſibus abſciſſio duorum digitorū, Talionis &c. *Carol. 5 conſt. Crim. art. 107.* Adulterij pœna de Iure Canon. inter laicos, eſt ſeparatio thori, amiſſio dotis, aut donationis propter nuptias &c. de Iur. Civ. reſpectu viri, ſive ſoluti, ſive maritati, cum conjungatâ, decapitatio *l. 30. Cod. ad l. Iul. de adult.* adulteræ verò priùs verberatæ in Monaſterium detruſio, *Auth. ſed hodie, Cod. Eod.* repetita per *Carol. 5, art. 120,* modernis moribus, juxta ſtatuta

& conſuetudines locorũ variata, pro primâ vice plerumque non capitalis, ſed pecuniaria, carceris, relegationis: ſacrilegij pœna de Iur. Can. arbitraria, *Caniſ. lib.3. tit.16. Ex Carol. art.172.* vltimum ſupplicium ignis, aut alia capitalis, pro ratione circumſtantiarum. *H. Proſper Farinacius, in prax. Crim. de inquiſ. lib.1. Tit.1. q.8. n.127.* cujus eadem cum adulterio pœna eſt, videlicet gladius, *Carol. art. 121.* juxta DD. interpretationem. *ſtatut. Bavar.* Maleſitz *Proceſ. Tit.8. art.3.* & hodie à ſolo Magiſtratu ſæculari judicatur. *I. Iul. Clar. cit. q.37. n.4.* qui de Jure Civili permiſſus, Iur. Can. prohibitus, hodie etiam conſtitutionibus Imperialibus & ſtatutis locorum apud ſeculares, Reichs Abſchid *Anno 1530. & 1548. Tit.* von leichtfertigen Beywohnungen. *ſtatut. Bavar.* Polyzey Ordnung *lib.5 tit.9. art.16. fol.708.* utpote grave peccatũ contra Jus divinum, ſeverè puniri jubetur. *K.* Pœna ſtupri de jure Can. eſt adhuc hodie uſitata, vt ſtuprator virginem nondum deſponſatam uxorem ducat, aut dotet; vt *DD.* explicant, *cap.1. Ext. de adult.* de jure Civili, ſi non ſit violentum, in honeſtis publicatio dimidiæ partis bonorum, in humilioribus corporis coërcitio cum relegatione *Text. & DD. in §. Item lex Iul. in fin. Inſt. de pub. Iudic.* quòd ſi violentum ſit, ſtuprator inſtar raptoris jubetur gladio plecti, *Carol. a.119. L.* de quibus deinceps fuſiùs. *M. Iul. Clar. cit. q.37. Farinacius. lib.1. Tit 1. q.8. per tot. N. Iul. Clar. §. fin. q 37. nu.14.* Ratio, quòd hæ Iuriſdictiones ſint diſtinctæ, & prorſus ſeparatæ, vna proin alteri non præjudicet, cùm tendant ad diverſos fines, Canonicæ videlicet medicinales, ad animæ ſalutem, cenſuræ Eccleſiaſticæ dictæ, *Caniſ. lib.3. Tit.23. §.1.* Civiles verò ad conſervandam publicam tranquillitatem in Republicâ. Nec refert à nobis ſupra *c.1. Theſ. 12.* conceſſum, quòd punitus ab vno judice ſeculari in loco delicti, vel domicilij, ab altero, ſi pœna fuerit condigna, denuo puniri non poſſit, quia ibi vtrinque ſpectatur idem finis.

XXIII. SVM.

XXIII:

SUMMARIA.

1. *Uſurarum frequentia.*
2. *Varia hujus vocabuli acceptio.*
3. *Diviſio in compenſatorias, punitorias, & Curatorias.*
4. *Compenſatoria omni jure licita.*
5. *Punitoria defendi quoque poſſunt.*
6. *Lucratoria verò prohibita.*

Inter delicta communia, ſive mixti fori, vſurarum quoque mentio præced. Theſi facta eſt, quarum frequentia exactiorem explicationem requirit. *a.* Vocabulum *Vſura* promiſcuè ſumitur. *b.* pro uſu, *c.* emolumento, ſive fructu cuiuslibet rei, *d.* tam licito, quàm illicito. *e,* fœnus quoque dici conſuevit, tanquam fœtura pecuniæ. *f.* Dividi poſſunt vſuræ in compenſatorias, punitorias & curatorias. *g.* compenſatoriæ in vtroque foro, & omni Iure ſunt licitæ. *h.* punitoriæ de Iure Civili licitæ; *i.* de Iure quoque Canonico non improbatæ, ſi obligationi faciendi, aut ſpeciei debitæ adijciantur. *k.* etiam quantitati, dummodo abſit fraus in legem, & pœna culpoſæ moræ commenſurata, *l.* aliàs vſurarum periculo non carent. *m.* lucratoriæ, de quibus propriè hic agendum, in vtroque foro hodie prohibitæ, & illicitæ. *n.*

1 2 3 4 5 6

A. juxta

A. Iuxta vulgatum illud, quotidiana plenius eſſe attingenda; contra frequentiam hujus delicti paſſim vehementer conqueruntur *DD. vt in ſpecie Bened. Carpz. in praxi Crim. p.2. q.92. n.14.* vbi putat, eam pœnis ſufficienter coërceri, aut ſupprimi vix poſſe, qui, *n. 12.* veretur, ne Iudæis expulſis, illorum lancea, der Judenſpieß/ remanſerit. *B.* vt videre eſt apud omnes DD. de vſuris tractantes. *C. R. P. P. Laym. in Theolog. Moral. lib.3. sect.5. Tract.4. c.13. n.1. And. Vallenſ. in Ius Can. Tit. de vſuris, §.1. n.1. & 2. D. prædicti DD. cit. loco. E. Greg. Tholoſ. in ſyntag. Iuris univerſ. lib: 22. c.3. n.3. Zaſ. de vſuris nu.9.* hinc in bono, & malo ſenſu accipi poteſt; nam vſura promiſcuè ſumitur, pro vero intereſſe, licita; pro mero lucro, illicita. *Caniſ. c.1. de vſuris n. 13. & 14. F.* Partus ſpurius & infelix contra naturam ex pecunia (idem eſt de alijs rebus fungibilibus, velut materiâ mutui) tanquam re ſterili, quæ ſine abuſu fructum non præbet, *Layman. cit. loco. Henr. Caniſ. Tract. de vſuris. c.1. n.3.* vnde fœnerari dicitur, non ſemper tamen in malam partem, juxta illud Deut. 19 *fœnerabis gentibus multis, & à nullo fœnus accipies*, & Eccleſ. 29. *fœnerabis proximo tuo in tempore neceſſitatis Vallenſ. cit loco. G. Vallenſ. cit. tit. de Vſur. §.2. n.4. Zaſ. eod n. 9. H.* acceptæ pro vero intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis, & ſic vſura in bono ſenſu, pro eo, quod intereſt, accepta, ex quocunque contractu eſt licita. *Laym. cit. loco n. 8. Vallenſ. §. 2. n.3. Gail. 2. obſ.5. n. 15. Canis. cit. c.1. nu. 8.* Ratio, ne officium ſuum alicui ſit damnoſum, *Caniſ. c.1. n.7.* & quòd extra caſum extremæ neceſſitatis nemo teneatur alteri prodeſſe cum ſuo diſpendio. *Zaſ. cit. loco. n.10. I. Text. & DD. in §.7. Inſtit. de Verb. oblig. Zaſ. n.12.* dicuntur autem punitoriæ quæ non debentur ratione lucri petentium, ſed propter moram non ſolventium. *l. cùm quidam. §. ſi pupillo ff. de vſuris.* ſive punitoriæ ſunt, quæ continent pœnam ſolvendam per debitorem in mora exiſtentem. *Vallenſ. §.2. n.3. K.* vt ſi

debi-

debitor certæ ſpeciei rem non tradiderit intra certum tempus, aut quod promiſit, non fecerit, 10. aureos pœnæ nomine dare ſpondeat, § 7. *Inſt. de V. O.* poteſt enim mora in hiſce puniri, *Zaſ. hic n.11.* & lex addita in contractibus pœnam concernens (quæ conventionalis dicitur) ſervanda eſt. *l. legem Cod. de pactis.* etiam in cõſcientiâ, *Laym. lib. 3. Tract. 4. c. 30. n. 6. §. denique.* & tranſit utrinque in hæredes. *DD. ad §. 1. Inſt. de perpet. & temp. act: L. Laym. cit. loco. Zaſ. de uſuris, n. 13. M. Caniſ. de uſuris, c. 1. n. 25. N.* de foro conſcientiæ, vid. Theolog. in ſpecie, *Laym. cit. loco. n.6.* de Externo. *Receſſ. Imp. Auguſtiſſimorum Imperatorum, Maxmil. 1. Auguſtæ. anno 1500. Caroli V. ibidem, anno 1530. & 1548 Maxmilani II. Spyræ, anno 2570. & Rudolphi. II. Francofurti, anno 1577. Tit.* von wucherlichen *contracten.*

XXIV.

SVMMARIA.

1. *Vſuræ lucratoriæ prohibitæ ſunt, Iure naturali, Divino, Canonico, & hodie in Receſſibus Imperij, atque ſtatutis Principuum Chriſtianorum.*
2. *De Iure Civili controvertitur: permiſſas fuiſſe veriùs videtur.*
3. *Diverſæ de Iure Civili permiſſæ uſurarum ſpecies, ſed ad legitimam quantitatem redactæ.*
4. *Leges illæ hodie per Ius Canon. quod in materia uſurarum, etiam in foro ſeculari ſequendum, correctæ.*
5. *Lucratoriæ uſuræ ex nullo contractu, nec ulla conventione hodie poſſunt exigi.*
4. *De Iure Iuſtin. etiam prohibetur Anatociſmus, ſive uſura uſurarum.*

7. *Et uſura ultra alterum tantùm.*

8. *Ad poſteriores duas probibitiones non pertinent annui reditus,*

1 Lucratoriæ vſuræ, *a.* intrinſecè malæ, *b.* prohibitæ ſunt jure naturali; *c.* Divino, Veteris, *d.* & novi Teſtamenti; *e.* jure Canonico; *f.* Receſſi-
2 bus Imperij, *g.* & ſtatutis locorum. *h.* De Iure Civili controvertitur quidē inter DD. *i.* ſed verior nobis videtur ſententia, uſuras illo jure publicæ utilitatis cauſâ *k.* permiſſas, *l.* reductas tamen ad legitimam quantitatem, ſupra quam exactæ in
3 ſortem erant imputandæ. *m.* Legitimæ fuerunt centeſimæ, *n.* pro fœnore nautico; *o.* nec hodie de Iure Canonico improbatæ, propter annexum periculum. *p.* Beſſes, Mercatoribus; *q.* ſemiſſes ceteris hominibus; *r.* Trientes, Illuſtribus permiſſæ: *ſ.* cæteræ ad legitimum modum revocan-
4 dæ. *t.* Hodie leges juris Civilis uſuras lucratorias permittentes, cedunt Iuri Canonico, etiam in foro
5 ſeculari. *u.* Lucratoriæ enim hodie ex nullo con-
6 tractu aut conventione exigi poſſunt; *x.* multò minus uſuræ uſurarum, ſive Anatociſmus, etiam de
7 Iure Civili prohibitus; *y.* aut uſuræ ultra alterum
8 tantùm. *z.* quarum poſteriorum duarum prohibitionum in contractibus cenſualibus, ſive annuis reditibus, nulla habetur conſideratio. *aa.*

A Merum lucrum, ſine vero intereſſe, vulgò Wucher. *B.* adeo ut nec pietatis cauſâ. *Caniſ. de uſuris c. 2 per tot.*

tet. nec diſpenſatione aut privilegio ſummi Pontificis licitæ fieri poſsint, *Did. Covar. var. reſolut. lib. 3. c. 1. n. 8.* utpote cōtinentes injuſtitiam circa res proximi, *Zœſ. de uſuris, nu. 22* (adverſantur enim charitati, & dilectioni proximi, *Andr. Gail. 2. obſ. 5. n. 6.* & contra naturam eſt, ex re ſterili (qualis eſt pecunia, & olim res fungibiles mutuatæ, quæ per uſum conſumuntur, *Laj. cit. c. 16. n. 6.*) & inſuper alienâ (quia in mutuo dominium cum omni periculo & commodo in mutuatarium transfertur. *Text. & DD. in princ. Inſt. quib. mod. re contrah. oblig.*) fructus, aut pro ejus uſu, & commoditate tanquam ad ſe pertinente, quidquam exigere. *S. Thom. 2. 2. q. 78. art. 2. ad 5. Mol. Tom. 2. diſp 304. Laym. cit. n. 6. Caniſ. c. 1. n. 26. Vallenſ. §. 3. n. 2.* D *Pſalm. 14. Ezech. 18.* E. *Lucæ 6. mutuum date, nihil inde ſperantes.* ubi pars prior conſilium, poſterior præceptum continet, *D. Thom. 2. 2. q. 78. art. 5. ad 4. arg.* ſicuti verba pſal. 75. *vovete, & reddite Domino, Layman. cit. n. 6. Caniſ. c. 1. n. 17.* F. *totus. tit. Extra de uſuris, & eodem ſexto.* G. juxta citationes ad præcedent. Theſ. lit. N. circa finem. *H.* in Bavariâ Polyzey Ordn: *lib. 2. tit. 1. I.* propter *Text. in Novell. 131.* in quâ Iuſtinianus agnoſcit quatuor Concilia Oecumenica, Nicœnum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, & Chalcedonenſe: in quorum primo uſuræ expreſsè prohibentur, *Iul Clarus, §. uſura, n. 4.* K. ut egentibus ſubveniretur. *L. Didacus Covarr. var. reſolut. lib. 3. c. 1 n. 6. Vallenſ. § 3. n 5. Zœſ. de uſuris, n. 15.* M. *l. eos. 26. Cod. de uſuris.* ubi certa taxatio, & moderatio uſurarum licitarum exprimitur, quidquid verò vltra modum illius conſtitutionis accipitur, improbatur, & in ſortem imputari jubetur. *N.* id eſt, duodecim ſingulis annis, ſive ſingulis menſibus, in quos Veteres ſtipulabantur uſuras, pars centeſima ſortis, eò quod centeſimo menſe uſura ſortem æquet, *Vallenſ. § 2. nu. 4.* O. ſive pecuniâ trajectitiâ *l. 26. §. in trajectitijs. & toto tit. Cod. de fœnore nautico,* P *Zœſ. nu. 4.* quia non exi-

guntur vi mutui, ſed ratione periculi, ita enim pro hoc fœnore mutuandum erat, ut ſi navis non veniſſet, periculum pecuniarum perditarum Creditoris, non debitoris eſſet. *l. 1. & fin. Cod. de nautico fœnore,* quod aſſecurationis pactum non improbat, *c. fin. Extra, de uſuris,* juxta explicationem *Caniſ. c. 4. nu. 4. & Zaſ. n. 4.* Q. qui pecunias otioſas non habere, ſed ijs negotiari, & plús, quàm alij lucrari conſue. verunt: ſunt autem beſſales vſuræ annui 8. de 100. R. 6. videlicet annuos de 100. S. quibus propter dignitatem. 4. annuos duntaxat ſtipulari licebat, *cit. l. Eos. Cod de uſuris.* T. dabantur enim etiam quincunces. 5. de 100. *l. 17. ff. de uſuris,* hodie uſitatæ in Imperio. *Carpz. cit. p. 2. q. 92. nu. 21.* quadrantes. 3. ſeptunces. 7. dodrantes. 9. dextunces. 10. de 100. *Vallenſ. cit. §. 2. n. 4.* V. *Covar. cit. c. 1. n. 6. Vallenſ. §. 3. n. 6. Caniſ. de differentijs utriusq; Iuris, limit. 4. f. 640. idē de vſuris, c. 5. n. 12. X. Can. de uſuris, c. 1. n. 14. Y. l. 28. Cod. de uſuris. Val. cit. §. 3 n. 6.* wann man *Intereſſe* zum Capital ſchlägt / *l. 27. Cod. de uſuris;* v. g. ſi pro mutuatis 500, ſoluti fuerint uſurarum nomine alij 500, tum ſors, das Haubtgutt / ſola, ſine ulterioribus uſuris; quod ſi verò 1000. etiam per particulares ſolutiones, nec ſors amplius exigi, ſi ultra 1000. ſive alterum tantúm, tunc exceſſus condictione indebiti repeti poterit. *Novell 121. l. 26. in princ. ff. de condict. indebiti. Bened. Carpz. in praxi Crim. p. 2. q. 92. n. 42. 43. & ſeqq. Henr. Hahn. ſing. diſput. de Altero Tanto. Theſi 20. & ſeqq.* cum limitationibus & declarationibus ab vtroque allatis. AA. cùm hi reditus non ſint uſuræ, ſed annuæ licitæ penſiones. *Carpz. cit. loco. nu. 64. Hahn cit. loco, Theſ. 98.*

XXV.

SVMMARIA.

1. *Vſura de Jure Civili in pecuniâ, de Canonico, & hodie Receſſibus Imperij in quâlibet aliâ re ſorti accedente conſtituitur, & probibetur.*
2. *Vſura deſcriptio.*
3. *Sedes expreſſa uſura eſt in vero mutuô*
4. *Palliata in alijs quoque contractibus, mutuum brevi manu includentibus:*
5. *Quales recenſentur paſſim à DD. in Receſſibus Imperij, & ſtatutis Bavaricis.*

Vſura de Jure Civili principaliter in pecuniâ 1
de Canonico in quâvis aliâ re conſtituitur, *a.* de- 2
ſcribi poteſt, Lucrum ex mutuo: *b.* ſive quidquid
ex pacto ſive intentione præcedenti ſorti accedit
temporale, *c.* pretio æſtimabile, *d.* tanquam ex
obligatione Iuſtitiæ: *e.* alia mentalis, *f.* realis a-
lia. *g.* Sedes ejus propria eſt mutuum formale, ſivè
verum & expreſſum, *h.* ex quo, tanquam contra- 3
ctu ſtricti Juris, plus exigi non poteſt, quàm fuerit
datum, *i.* pro cujus uſu mutuans nihil accipere po-
teſt. *K.* Nihilominus etiam reperitur in alijs con- 4
tractibus, mutuum virtuale includentibus; *l.* ſi-
ve in mutuo interpretativo, *m.* unde diſtinctio u-
ſuræ in expreſſam, & palliatam: *n.* quales contra- 5
ctus paſſim à DD. in Receſſibus Imperij, *o.* & ſtatu-
tutis Bavaricis, tanquam uſurarij recenſentur &
probibentur. P. H 3 *A h. eos*

A. l. eos,26. §. 1. Cod. de uſuris. cap. conſuluit, Ext. eod. Caniſ. c. 1. nu. 2 quam poſteriorem acceptionem, uſuræ videlicet in quâvis acceſſione lucri, & Imperatores, Maximilianus, Carol. V. Rudolphus, & ſtatuta noſtra Bavarica, ſupra cit. quoque obſervari volunt. *B.* ut uerum intereſſe excludatur, quod ex omni contractu, juxta ſuperius dicta, licitum eſt, *Caniſ. cit. c. 1. n. 5. C. Caniſ. cit. loc. Layman. cit. c. 16. de uſuris, nu. 1. 2. & 3.* dicitur *temporale*, ut excludantur ſpiritualia, quæ Simoniam, non uſuram efficiunt, ſi quis v. g. hoc pacto mutuet, ut ſacrificetur pro eo, *Laym. cit. loco nu. 2. D.* nam ſine uſurariâ labe, mutuans intendere poteſt mutuatarij benevolentiam, amicitiam, quæ pretio æſtimabilia non ſunt, non tamen paciſci munus à linguâ, vel ab obſequio, ſive obligationem & onus laudandi, honorandi, quæ pretio æſtimantur, ob quam rem frequenter mercedes, & ſalaria conſtituuntur, teſte *Laym. cit. loco n. 2.* qui, *n. 3.* licitum eſſe tradit, mutuare cum pacto, ut alter viciſſim mutuet; cùm nihil inde lucri accedat mutuanti; ad reſtitutionem mutui ſimiliter obligando: alij tamen hoc probabilius negant, *Lud. Molina de Iuſt. & Iure. Tom. 2. diſp. 308. n. 3.* citans pro ſe *S. Thom. Sotum, Navar. & alios. E.* nam liberale donum, ex ſpontaneâ gratitudine ſperans vel accipiens, aut etiam compenſationem, veri intereſſe, periculi, laborum & impenſarum, uſurarius non eſt, *Laym. c. 16. nu. 4. Vallenſ. §. 1. n. 4. F.* ſi mutuans in pactum expreſſum, vel tacitum non deducat, ſperet tamen, atque intendat lucrum mutuo non gratuitò offerendum, ſed quaſi ratione mutui debitũ ſit, *Lay. cit. loco n. 5.* iniquum enim eſt ſperare, quod non licet accipere. *Vallenſ. de uſur. §. 1. n. 2. G.* in quâ lucrũ ex mutuo in pactum deducitur, expreſsè, vel tacitè, *Laym. cit. loco* Alij triplicem uſuræ prohibitæ acceptionem faciunt: Primam: pro voluntate ineundi contractum uſurarium, ſeu percipiendi lucrum ex mutuo ultra ſortem; & ſic nihil aliud

eſt,

eſt, quàm voluntas capiendi lucrum ſupra ſortem, ex vi mutui, ſolâ enim voluntate ſive intentione uſura committi poteſt, juxta illud Lucæ 6. *mutuum date, nihil inde ſperantes, Text. in cap. conſuluit, 10. Ext. de uſuris.* Secundam pro ipſâ conventione, ſive contractu uſurario, quo lucrum ultra ſortem, mutuans paciſcitur, *Cap. 3. & 4. Ext. de uſuris.* hinc dicimus uſurarium contractum, uſurarium negotium, ſicque nihil aliud eſt, quam mutuatio expreſſa, vel implicita, cum pacto reddendi aliquid ultra ſortem ratione mutui. Tertiam pro ipſo lucro uſurario, quo ſenſu dicuntur uſuræ ſolvi vel reſtitui, *cap 5. & 7. Ext. de uſuris. Vallenſ. eod. tit. n. 2.* poſteriores duæ acceptiones ad forum externum, propter pœnas & onus reſtitutionis pertinent; ipſi enim uſurarij contractus, vſuris etiam nondum realiter perceptis, in foro externo amiſſione quartæ partis ſortis principalis puniuntur, & pacta uſuraria contractui, cæteroquin licito, adjecta, ipſo Iure nulla ſunt, ſubſiſtente tamen contractu, ne utile per inutile vitietur, *ex Receſſ. Imperij, Auguſtæ, Anno 1500. & Anno 1548. promulgatis. And. Gail. lib. 2. obſ. 4 per tot.* uſuræ verò perceptæ reſtituendæ ſunt, *cap. 1. & 2. Ext. de uſuris.* Prima acceptio magìs ad forum internum ſpectat, nam mentalis uſurarius peccat quidem, ad reſtitutionem autèm cùm de facto proximum non læſerit, non tenetur, ſed duntaxat mentem ſuam uſurariam corrigere, Deúmque placare, *cap. conſuluit Ext. de uſuris. Zæſ. eod. n. 36 H. Laym. cit. c. 16 de uſuris, n. 5. Gail. 2. obſ. 5 n. 1. Caniſ. cit c 1. n. 10* juxta ipſius Chriſti ſententiam, Lucæ 6. *mutuum date nihil inde ſperantes. I. Laym cit. loco nu. 6 Gail. cit loc. nu 4 & 5. K.* quod tamen licitum eſt pro vſu rei locatæ: Ratio diverſitatis, quòd dominium rei mutuatæ & ſimul cum illo omne periculum, & commodum, ac uſus in mutuatarium transferatur, *Text. & DD. in princ. Inſt. quibus modis re contrahitur obligatio.* Sicut ergò mutuans rei mutuatæ, utpote non amplius

plius dominus, nullum periculum ſuſtinet, ita etiam ex illius uſu lucrum petere non poteſt, quod aliter ſe habet quo ad rem locatam, cujus dominium & periculum penes locantem manet, qui proin pro uſu rei ſuæ alteri conceſſo, mercedem juſtè exigit. *S. Thom. 2. 2. q. 78. art. 2. ad quintum. Laym. cum ibi citatis dict. c. 8. de uſuris n. 6.* *L.* quo ad intentionem depravatam, *Gail, cit. obſ. 5. nu. 1.* vt ſi res, propter dilatam ſolutionem pluris, v. g. merces, juſto pretio valentes 95. fl. vendatur 100. aut minoris propter anticipatã, niſi excuſet incertitudo variandi pretij cum tẽpore, *Laym. cit. loc. n. 5. Vallenſ. de uſur. §. 1. n. 4. in fin.* ubi idem aſſerit de depoſito irregulari, conceſſâ videlicet facultate utendi depoſitario, ſub obligatione plùs reſtituendi. *Vallenſ § 1. nu. 4. & paſſim DD.* *M.* aut virtuali, vt illud vocat Collegium Colonienſe Petri Oſtermanni. *vol. 2. diſp. 3. Theſ 25. & 26.* vel mutuo brevi manu contracto, ſive per fictionem: fingit enim Ius in recenſitis caſibus pretium, aut pecuniam depoſitam mutuo dari in fraudem vſurarum, *Vallenſ cit. §. 1. nu. 4.* & magis ſpectandum eſt, quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur. *tot. Tit. Cod. plus valere quod agitur. Zœſ de reb. Cred. nu. 9.* *N.* expreſſa ſive aperta fundatur in mutuo formali & expreſſo: palliata ſive occultata ſub prætextu & nomine alterius contractûs, in mutuo interpretativo, *Lay. cit. loco. n. 5.* *O.* *Carol. V. in Reform. Politicâ, Auguſtæ anno 1530. ſub tit.* von Wucherlichen *contracten. §.* Item das etlich Getraydt/Pferd/vnd dergleichen Wahr/ꝛc. *P.* PolyzeyOrdnung. *lib. 2. tit. 1. art. 2.*

XXVI.

XXVI.

SVMMARIA.

1. *Delictum uſurarum grave eſt.*
2. *Spectat ad utrumque forum, tam in quæſtione facti, quam Iuris.*
3. *Jn utroque graviſſimis pœnis meritò vindicatur.*
4. *Ante omnia autem tenetur uſurarius ad reſtitutionem:*
5. *Vti etiam ipſius heredes.*

Delictum uſurarum admodum grave eſt, furtó I
& rapinæ æquiparatum. *a.* ad utrumque forum, 2
tam Eccleſiaſticum quàm ſeculare ſpectat, non tantùm ratione facti, & quo ad punitionem, *b.* ſed etiam quo ad cognitionem, & quæſtionem Iuris. *c.* meritò graviſſimis pœnis vindicatur; *d.* de Iure enim Canonico uſurarij manifeſti *e.* laici excom- 3
municantur, Clerici ſuſpenduntur: denegatur uſurarijs manifeſtis, Chriſtiana ſepultura, Teſtamenti factio, *g.* ex utròque Iure fiunt infames: *h.* in foro ſeculari civiliter, *i.* imò & Criminaliter extraordinariè puniri poſſunt, *k.* conſtitutæ quoque ſunt utroque Iure pœnæ in Iudices, notarios, & alios ad uſuras cooperantes. *l.* ante omnia autem uſurarij, 4
tam Clerici quàm laici, imò & Iudæi ad reſtitutionem tenentur. *m.* imò Theologorum & Canoniſtarum ſententia eſt, dominium uſurarium non transferri, *n.* adeoque adhuc exiſtentes uſuras

vindicari. *o.* nobis autem juri conformiùs videtur dominium transferri, ſed ſolutas vindicari poſſe. *p.* neque tamen etiam in priori ſententiâ res ex uſuris comparatæ vindicari poterunt, *q.* nec bona uſurarij pro uſuris tacitè hypothecata ſunt. *r.* facienda eſt uſurarum reſtitutio, etiam non obſtante juramento illas ſolvendi, vel ſolutas non repetendi. *ſ.* quam etiam heres ex bonis defuncti, *ſ.* ſive uſurarius pœnitens mortuus fuerit, ſive non, præſtare tenetur. *u.*

A. *Can. ſi quis uſuram.* 14. *q.* 4. propterea in Iure Can. *tit. de uſuris*, ſtatim conjungitur *tit. de Raptoribus, & Furtis.* uſurarij enim ſub ſpecie juſti, ac legitimi commercij, opes aliorum exhauriunt atque rapiunt, quos etiam latrones vocat *Carpz. p. 2. q. 92. nu. 2.* quia in civium animos ſeſe inſinuant, viſcera & præcordia ipſorum mordicùs rodunt, ut fœnus ſit inſtar ſcelerati latrocinij. *B.* cùm videlicet conſtat, negotium fuiſſe uſurarium, & tantúm agitur de uſurarum repetitione, inhibitione, aut punitione. *C.* dum quæritur an negotium ſive contractus ſit uſurarius & illicitus, vel non, *Covar. lib. 3. c. 3. n. 1.* *§. ego ut liberè. cit. Receß. Imp.* de von Wucherlichen *contracten.* D. quas recenſet. *Caniſ. cit. loco. num. 1. & ſeqq. Caniſ. de Vſuris. cap. 8. per tot. Laym cit. c. 16. nu 21. Vallenſ. de uſuris. §. 4. per Tot. Carpz. cit. q. 92. n. 23. & ſeqq.* *E.* tam de Iure, ut confeſſi in Iudicio, aut condemnati per ſententiam, quàm de facto notoriè tales, qui uſuras palam ita exercent, ut hoc nullâ tergiverſatione celare poſſint. *Vallenſ. §. 4. nu. 5* *F. cap. quia in omnibus Ext. de uſuris. cap. præterea, eod.* non quidem ipſo Iure, ſed per ſententiam Iudicis Eccleſiaſtici, *Caniſ. c. 8. n. 1.* *G cit. cap. quia in omnibus*, ad teſtamenti factionem non admittuntur,

tur, niſi priùs uſuras reſtituerint, aut de ijs reſtituendis ſufficienter caverint, *juxta formam cap. 2. de uſuris, in 6.* tum alijs pœnis recenſitis, in *c. 3. Ext: de uſuris. Vallens. §. 4. n. 6. & 7.* H. *Can: infames, 6. q. 1. Covar: lib. 3. c. 3. nu. 2. l. improbum. Cod. ex quibus cauſis infam. jrrog.* quod de improbis fœneratoribus, videlicet ultra modum, & quantitatem permiſſam *in l. 26. Cod. de uſuris.* jus civile intelligit, teſte *Caniſ. c. 8. n. 10.* *I.* ut quartâ parte ſortis, *Receß. Imp. Tit.* von wucherlichen *contracten, Auguſtæ. anno 1548.* *K. Jul. Clar. in §. uſura. n. 5.* nam fœneratores jmprobi doloſè exigentes, quod eis non debetur, in crimen ſtellionatûs incidunt. *l. 3. ff. ſtellionatus.* cujus pœna eſt arbitraria, *l. 2. & 3. eod. unde ex alleg. inſignib. DD. Carpz. cit. q. 92. n. 29.* tradit, uſurarios pœnâ carceris, relegationis, imò & fuſtigationis affici; *& Vallenſ. §. 4. nu. 4.* illos pro eruendâ veritate, exiſtentibus legitimis jndicijs, torqueri poſſe, ſed tales ſeveriores pœnas & torturam moderna praxis non admittit. *L. Covar. var. reſolut. cap. 3. Vallenſ. cit. §. 4. nu. 7. Andr. Gail. lib. 2. obſ. 4. nu. 1. Zaſ. de uſuris. nu. 31. 32. 33. & ſeqq.* *M.* tam uſurarum, quàm etiam acceſſionum, nimirum damni emergentis, ac lucri ceſſantis *cap. 1. 2. 12. & 18. Ext. de uſuris.* ratio, quòd damnum emergens & lucrum ceſſans reſtituendum, hæc eſt, quòd uſurarius inſtar furis ex delicto teneatur, & ſemper in morâ exiſtat, indéque ad omnia inde ſequentia damna obligetur, *Zaſ. de uſuris. nu. 28.* liberat tamen ab hoc onere ſpontanea Debitoris remiſſio, cùm cuilibet Creditori permiſſum ſit, jus ſuum remittere, *Zaſ. nu. 40.* *N.* teſte *Jul. Clar. in §. uſura. nu. 12. ex ſummâ Sylveſtri, §. uſura q. 6. nu. 1.* quam refert & ſequitur. *Did. Covar. var. reſolut. c. 3. poſt. nu. 6. verſ. ſed ad hujus.* *O. Zaſ. de uſuris. nu. 23.* ex eâ ratione, quòd uſuras ſolvens non voluerit eas donare, nec plùs à ſe abdicare, quàm ex Iuſtitiâ debet, neque ſubſit juſtus titulus transferendi dominij. *P.* ex tit. & causâ putativâ, ſolventiſque voluntate

l. 26. ff. de condict. indebiti. Q. res enim alienâ pecuniâ empta ſit ementis, *l. ſi ex eâ, Cod. de Rei vind.* ubi depoſitâ pecuniâ emptas poſſeſſiones malè in ſe transferri petit deponens, cùm res ipſa nihil mali in ſe involuat, ſed tantùm pecunia cuius reſtitutio neceſſaria eſt, *Covar. 3. var. reſolut. c 3. nu. 6. Zœſ. de uſuris, nu. 24. Caniſ. c. 7. nu. 14.* R. *Caniſ. cit. loc. nu. 15.* S. *cap. debitores, 6. Ext. de jureiurando*, quamvis enim ad evitandum perjurium, debitores ad ſolutionem uſurarum compellendi ſint, eas tamen ſolutas repetere poſſunt, vel compellere creditorem ut juramentum remittat, ſi nondum ſint ſolutæ, *cap. 13. ext. de uſuris*, vel ſolutas reſtituat, impetratâ prius abſolutione à juramento, vel eius remiſſione à Creditore, idque officio judicis per cenſuram Eccleſiaſticam, *Vallenſ. §. 4. nu. 2. Zœſ. nu. 39. Caniſ. c 7. nu. 7.* T. de Iure Can. ſive locupletior factus fuerit, ſive non, *cap. ult. Ext. de ſepult. cap. in litteris, Ext. de raptoribus.* licet aliàs de Iur. Civili heredes ex delictis defunctorum, niſi quatenus locupletati, aut lis conteſtata fuerit, non teneantur. *l. unic. Cod. ex delict. defunct.* V. duplex enim huius reſtitutionis cauſa eſt, una vt expietur uſurarij peccatum, altera ut ſentiens commodum ex hereditate (ultra cuius vires non tenetur) illatum à defuncto damnum, ex naturali ęquitate emendet, *Covar. cit. c. 3. nu. 7. & 8. Zoeſ. de uſuris nu. 26.*

XXVII.

SUMMARIA.

1. *Pignorum mobilium uſus Creditori probibitus, immobilium permiſſus.*
2. *Fructus percepti ex pignore, utroque jure in ſortem ſunt imputandi.*
3. *Pactum Antichreſeos de jure Civili licitum, prohibitum de Canonico,*

4. *Quo-*

4. *Quomodò Antichreſis hodie defendatur?*
5. *Tribus Caſibus etiam de jure Canonico eſt licita.*

Securitatis gratiâ mutuo accedunt plerumque 1
fidejuſſores, vel pignora, & hypothecæ. *a.* pignorum mobilium uſus creditori eſt prohibitus, *b.* immobilium verò permiſſus: *c.* ita tamen ut fructus 2
perceptos in extenuationem ſortis de utroque jure imputet, ſi aliter inter Debitorem & Creditorem non convenerit, *d.* ſi verò creditor pro uſu pecuniæ mutuatæ pactus fuerit, reciprocum uſum pignoris fructiferi v. g. urbis, pagi, agri, prati, &c. (quod pactum Antichreſeos vocatur) tunc fructus ſuos facit de jure Civili. *e.* an autem hoc pactum 3
de jure Canon. licitum vel uſurarium ſit, magna eſt DD. controverſia. *f.* nos illud ſimpliciter uſurarium, adeoque illicitum eſſe aſſerimus. *g.* nec ho- 4
die aliter defendi poſſe cenſemus, niſi fructus (deductis expenſis, & uſuris compenſatorijs) in ſortem im- 5
putentur. *h.* exceptis tribus caſibus de jure Canon. 1. nimirum quòd Dominus feudi, rei feudalis ſibi à Vaſallo in pignus datæ, *k.* quod propter rationis paritatem non tantùm de Eccleſiaſtico, ſed quocunque alio feudo intelligimus, ſive fructus ſervitia excedant, ſive non: *l.* & gener poſſeſſionum, ſive agrorum, ſibi à ſocero pro dote obligatorum, M. ac Clericus beneficij ſui à laico injuſtè poſſeſſi, ſibi pignorati, N. fructus ſuos faciant, & ſine ſortis defalcatione licitè retineant. *o.* ad evi-

tandum uſurarium Antichreſeos periculum, ſuadetur emptio rei aliàs oppignorandæ cum pacto retrovendendi. *p.*

A. Vt & alijs contractibus *Text.* & *DD. in princ. Inſt. de fidejuſſ. & in ff. Creditor Inſt. quibus modis re contrahitur obligatio.* inter pignus & hypothecam, quantum ad actionem hypothecariam nihil intereſt, ſumuntúrque promiſcuè, propriè autem pignoris appellatione eam rem contineri dicimus, quæ ſimul etiam creditori traditur, quæ verò ſine traditione, nudâ conventione tenetur, & penes debitorem remanet, hypothecam appellamus, quod autem res mobiles obligatæ, pignora; immobiles verò hypothecæ à DD. ſæpiús vocentur, fit à communiter accidentibus, quia res mobiles plerùmque Creditori traduntur, non verò immobiles, *Text.& DD.in ff fin.Inſt.quib.mod.re.contrah.oblig.* & *§.7.Inſt de act.ibiq; DD. B.q.6.* quibus utendo furtũ committitur. *l.56. ff. de furtis. §. furtum. Inſt. de oblig. ex delicto & c.* pignoris enim cauſſa eſt ſecuritas, non uſus, *ff. fin. Inſt. quib. mod. re. contrah. oblig.* C. idque utilitatis cauſsá, quæ in eo conſiſtit, quod prædia ruſtica per culturam meliora fiant. *l. non intelligitur. 3. §. Divi fratres, ff. de jure fiſci.* urbana verò per inhabitationem magis conſerventur. *l. ſingularum. 8. Cod. de ædificijs privatis. D. cap. 1. 2. & 8. Ext. de uſuris l. 2. & 6. Cod. de pignor. act. Caniſ. c. 5. nu. 9. E.* in compenſationem uſurarum illo jure inter legitimum modum permiſſarum. *l. 26. Cod. de uſur.* etiamſi uno vel altero anno fructuum æſtimatio legitimas uſuras ſuperet, alijs enim annis minor eſſe poteſt, propter eorum incertum eventum *l. 17. Cod. de uſur.* Antichreſis germanicè ein Pfandtſchilling / *Paul. Matth. VVehn. obſ. pract. litt. P. verbo* Pfandtſchilling. *Chriſt. Beſold in Theſauro pract.* ſimiliter *verbo* Pfandtſchilling. non eſt novus contractus, ſed duntaxat pactum adjectum pignori, ut eius fru-

fructus interim Creditor percipiat & lucretur, donec pignus ex ſolutione ſortis liberatum ſit, *l. ſi pecuniam. 33. ff. de pignor. act. l. ſi is, qui, 11. §. 1. ff. de pignoribus. F. Andr. Gail. lib. 2. obſ. 3. Zaſius, Molinæus, VVeſenb. Mynſ. Binsfeld.* adhibitis ſuis diſtinctionibus illud comprobant, *G.* per *Text. in cap. 1. 2. & 8. Extra, de uſur.* cùm enim uſuræ pecuniariæ in ſtipulationem vel pactum deductæ per ſuperiùs dicta non valeant, neque in pactum deduci poterunt fructus rei oppignoratæ, qui licet de jure Civili propriè uſuræ non ſint, tamen illo jure in vicem uſurarum percipi dicuntur, *l. 11 §. 1.* in verbis: *cùm in uſuras fructus percipiat. ff. de pignor.* & de jure Divino, *Lucæ 6. mutuum dantes, NB nihil inde ſperantes,* ac Canonico propriè ſunt uſuræ. *cap. conſulvit. 10. extra, de uſur. D. Thomas 2. 2. q. 78. art. 2. ad 6. Caniſ. c. 5. n. 15. H.* contractus iſte impignorationis in Germaniâ valdè frequens, imò Teſte *Beſold. cit. loc.* conſuetudine generali fere totius Alemaniæ receptus, & approbatus eſt. Teſte *VVehn. cit. loc.* expenſæ ante omnia ſunt deducendæ, quia ſine illis fructus non intelliguntur, *l ſi à patre, vel domino. 39. §. fin. ff. de petit hered.* poſſunt etiam pro vero & licito intereſſe, quale hodie ſunt quincunces, *VVehn, cit. loc.* retineri, proin communiter ita initur, vt Creditor teneatur reddere rationes de fructibus perceptis, & quod deductis expenſis compenſatorijsque uſuris ſupereſt, in defalcationem ſortis imputare, *Caniſ. c. 5. n. 9. I.* de quibus videatur *Caniſ. tract. de uſur. tot. cap. 6. per tot. K. cap. conqueſtus. 8. in fine, Extra, de uſur. & cap. 1. Extra, de feudis.* vbi ſub verbo *Gageria* intelligitur hypotheca, *Caniſ cit. loc. n. 3.* in reddendâ ratione tam huius, quàm ſequentium caſuum multùm laborant DD. ut eas à labe uſurariâ vindicent, exiſtimant alij anxiam inquiſitionem hîc non eſſe neceſſariam, juxta *l. non omnium. ff. de leg.* eò quod non debeamus judicare de legibus, ſed ſecundùm leges; nobis videtur effectus eſſe dominij directi, ſi utile

per

per pignorationem, ei quodammodo accedat, ut ſic fructus percipi videantur jure dominij, interim tamen Vaſallo remittenda ſunt ſervitia, *cit. cap. 1. Extra, de feud. Zoeſ eodem nu. 5. & 6. Caniſ. c. 6. n. 4.* *L. Zoeſ. & Caniſ. cit. loc.* *M.* ratio inter alias probabilior videtur aſſignata in ipſo textu, onera matrimonij pro alendâ uxore cum familiâ, *Caniſ. cit. c. 6. nu. 7.* *N. Text. in cap. 1. Extra, de uſur. in fine.* Ratio eſt licita occulta compenſatio, proin quivis etiam laicus ex eâdem æquitate, poſſeſſionem rei ſuæ ab injuſto poſſeſſore, eodem modo, avocare poſſet, *Caniſ. c. 6. nu. 2.* *O. Caniſ. tot. cap. 6. Zoeſ. de uſuris. nu. 16.* *P. Domin: Soto, de Iuſt. & jur. lib. 6. q. 1. a. 2. in fine.* hoc enim caſu, in utroque foro, fructus emptor velut ex re ſuâ licitè percipit, *l. 23. ff. de uſuris.* quod multis authoritatibus probat *Andr. Tiraquell. de Retract. convent. in præfatione, nu. 2. cum ſeqq.* ubi pro hoc allegat locum Levitici, 25. *capite. Cuncta regio poſſeſſionis veſtræ ſub redemptionis conditione vendetur. Caniſ. c. 5. n. 30.*

XXVIII.

SUMMARIA.

1. *An montes pietatis in Italiâ ſint liciti?*
2. *An Chriſtiani Principes Iudæos tolerare, ijſque uſuras permittere poſſint?*
3. *An hoc ipſum concedi poſſit ſubditis Chriſtianis?*
4. *An hodie uſuræ quincunces in Imperio ex mutuo permiſſæ, ab uſurariâ labe poſſint defendi?*
5. *An Principes contra Creditorum voluntatem, etiam de licitis uſuris, debitoribus aliquid remittere poſſint?*
6. *Quo loco in Creditorum concurſu uſuræ ſint collocandæ?*

Ex

Ex dictis cùm uſuræ tam divino quàm Canonico jure ſint prohibitæ, & quidquid ex mutuo ultra ſortem accipitur uſura dicatur, atque ſub periculo æternæ ſalutis reſtituendum ſit, *a.* neque contra jus divinum & naturale ulla conſuetudo, aut ſtatutum valeat, *b.* dubia quædam eaque quotidiana, ſequentia oriuntur: Primum an Montes pie- 1
tatis paſſim in Italiâ erecti, ſint liciti vel uſurarij? *c.* nos licitas aſſerimus. *d.* idem ſentientes de alijs ſimilibus ærarijs, ad ſubveniendum pauperibus. *e.* 2
Secundum eſt de Iudæis, an principes Chriſtiani maximè Eccleſiaſtjci, illos tolerare, & uſuras in ſuis Territorijs exercere permittere poſſint? *f.* nos optimè illos feciſſe, & facere cenſemus, qui Iudæos ex ſuis Territorijs penitùs proſcribunt. *g.* tolerari tamen & moderatas uſuras illis permitti poſſe judicamus. *h.* quæ etiam exigente neceſſitate & ſua- 3
dente publicâ utilitate Chriſtianis ſubditis permit- 4
tendæ ſunt. *i.* Hodie in Imperio Romano ex mutuo, non tàntùm à tempore moræ, *k.* ſed etiam ex pacto uſuræ quincunces approbatæ, *l.* licitè acci piuntur, tanquam verum intereſſe damni emergentis, *m.* & lucri ceſſantis, etiã à non ſolitis negotiari, ſive mercatoribus. *n.* poſſunt tamen Principes, in- 5
vitis etiam Creditoribus, ex juſtis cauſis, extantes cenſus & licitas uſuras remittere. *o.* in concurſu 6
creditorum uſuræ eâdem prærogativâ gaudent, quâ ſors ipſa principalis. *p.* ſtatutis locorum cómuniter aliud & quidem juſtè obſervatur. *q.* K 4

A. Laym. de uſuris. cit. c. 16. nu. 6. B. Henr. Caniſ. in ſummâ Iuris Canon lib 1. Tit. 2. §. ut autem. C. Acatholici uſurarios & impietatis vocant, quos refert, & ſequitur *Carpz in praxi Crim. p. 2. q. 92. de uſuris, n. 6.* imò Teſte *Lud. Molin. de Iuſt. & jure, tract 2. diſp. 125. n. 2.* ipſi Catholici Theologi *Cajet.* & *Sotus*, uſuram intervenire contendunt, in receptione illâ ultra ſortem. *D.* cum *Molin. cit. loc. nu. 3. & Laym. cit c. 16. nu. 11.* & quidem ex eâdem ratione, quâ ipſe *Carpz. cit. loc. nu. 6* ſimile pietatis ærarium à Bodino relatum approbat; inventus eſt autem modus iſte in Italiâ ſubveniēdi pauperibus aut indigentibus, eorúmque miſerijs ſublevandis per mutuum, collatis eum in finem à viris pijs, ſive donatione inter vivos, ſive ultimâ voluntate, pecunijs, quem montem Pietatis vocare placuit, cuius hæ ſunt conditiones; ut pauperibus mutuum detur ad certam ſummam, certum tempus, modico in ſingulos menſes tributo, & acceptis ab ijs pignoribus idoneis, quæ, niſi luant intra dictum tempus, diſtrahantur, & quod ex pretio, ſorte detractâ, & monti reſtitutâ, menſtruóque augmento ſuperfluum eſt, dominis pignorum reddatur; id enim quod ultra ſortem accipitur exiguum eſt, & non tam exactum vi mutui, quàm ratione expenſarum, quæ neceſſariæ ſunt ad montis conſervationem, & adminiſtrationem, ut ſunt alimenta, & ſtipendia eorum, qui huic monti præſunt, reparationes neceſſariarum ædium &c. quæ expenſæ, ſi deſumendæ eſſent ex ipſo monte, is diu ſubſiſtere non poſſet. *E Laym. cit. n. 11. §. non abſimilis*, ſi nihil aliud præter neceſſarias expenſas uſurarum compenſatoriarum loco accipiatur, qualia habentur in bene conſtitutis Civitatibus vulgò Leihhäuſer: ut Cives neceſſitate preſſi, poſſint ſtatim habere pro modico intereſſe pecunias paratas, & ſua pignora poſt ſolutionem ſecurè recipere, ſicque inſolentes & maximas improborum fœneratorum uſuras, illicitóſque alios contractus evitare.

Carpz

Carpz. cit. loc. n. 7. ratio eſt eadem, quæ de montibus pietatis. *E* ut videre apud *And, Gail. lib. 2. obſ. 5. in fine, Bern. Græus pract. concluſ. lib. 2. concluſ. 5 Coron. Miſcell. per 101. G.* propter pernicioſiſſimas ſubditis uſuras eorúmque alia graviſſima delicta, ut factum in Bavariâ, promiſsâ tamen illis adminiſtratione Iuſtitiæ, de negotijs & contractibus ante proſcriptionem initis, ſuper novis verò denegatâ, cum reſervatâ debiti confiſcatione, Polyzey Ordnung. *lib. 5. tit. 1.* idem teſtatur *Carpz. p. 2. q. 2. nu. 11.* de Electoral. Saxon. & *nu. 10.* recenſet, quòd Ferdinandus Rex Hiſpaniarum *Anno 1427.* uno fermè tempore 24000. Iudæorum ejecerit, & ſic fœneratoribus & uſurarijs Regnum purgaverit, & quòd Veſpaſianus & Titus filius, Imperatores ob fœnus Iudæorum non tantùm in eorum ſubſtantiam, inquiri juſſerint, ſed etiam undecies centena millia Iudæorum fame, & gladio interemerint, & alia centena millia captivorum publicè vendiderint. *H.* quod jure Territorij conceſſum in aureâ Bullâ Caroli IV. *Tit. 9.* ibi, auch Juden haben/ vnd Polyzey Ordnung zu Augſpurg/ Anno 1548. ſub *tit.* von Juden vnd jhrem Wucher/ vnd zu Franckfort *Anno 1577.* verbeſſert. *tit. 20. VVehn. in verbo* Juden / *Eberard. Fabricius in repetit. Galij lib. 2. obſ. 5. ſect. 6. Laym. cit. c. 16. nu. 6. Coroll. 2.* cuius ibidem tradita cautela diligenter obſervanda, ne videlicet Iudæis propterea magnum tributum imponatur, & ſic major uſurandi, pauperéſque ſubditos opprimēdi occaſio detur. *I.* ubi hominum animi ita comparati ſunt, ut niſi capto vel exſpectato lucro mutuum dare nolint, tali enim caſu ne egentes in majora incommoda incidant, aut commercia impediantur cum pernicie Reipubl. moderatæ uſuræ ſtatutâ lege permitti poſſunt. *D. Thom. in 2. 2. q. 76.* & ita de jure Civili permiſſas, non approbatas fuiſſe, ſicut lupanaria in quibuſdam locis, ad evitanda adulteria, refert *Valleuſ. de uſur. §. 8. nu. 5.* approbari verò nequeunt, utpote contra jus Divinum.

Mol. cit. tract. 2. diſp. 304. n. 19. K. Deputations Reichs Abſchied zu Speyr *à Rudolpho. II. confirmatus, anno 1600 poſt medium, in* §. ſovil nun. *138*. ex præſumpto vero intereſſe; *L.* Reichs Abſchied zu Regenſpurg ſub *Ferdinando III. anno 1654.* §. Anraichendt. *ibi.* oder vorgeſtreckten Anlehen herrührig vnd verſprochen/ idem approbant *ſtatuta Bavarica* Polizey Ordnung. *lib. 2. tit. 1. art. 2.* §. Erſtlich. *M.* in foro externo ex legis permiſſione, in interno autem ſi reverâ interſit, ut hodie propter periculum etiam ſortis amittendæ, difficultatem obtinendæ ſolutionis, expenſas faciendi, &c. communiter fit, teſte experientiâ. *Laym. cit. c. 16. nu. 9. N.* de damno emergente, ut ſi propterea neceſſitate preſſus mutuans ipſemet ſub uſuris mutuum accipere debuit, dubium nullum eſt, cùm mutuanti officium ſuum non debeat eſſe damnoſum, *Laym. cit. loc. nu. 8. Caniſ. n. 7. Gail. 2. obſ. 6. n. 1.* intereſſe lucri ceſſantis autem aliqui admittere nolunt, niſi in mercatore negotiari ſolito. *Andr. Gail. lib. 2. obſ. 6. nu. 2.* ſed verior & communior eſt opinio, etiam hoc concedi in utroque foro, nam ſpes lucri, quâ ſe privat Creditor mutuans in gratiam debitoris, pretio æſtimabilis eſt, *Layman. cit. loc. num. 8. Caniſ. cit. c. 1. num. 8.* §. *quare contra*. hoc tamen obſervato, quod intereſſe tam lucri ceſſantis, quàm damni emergentis non in jure, ſed in facto conſiſtat, *l. quatenus, de Reg. Iu. in 6.* cuius probatio creditori incumbit, *Caniſ. cit. loc.* cuius loco *Rudolph. II. anno 1600. in* §. ſovil nun / ex morâ, certum pro incerto, nimirum quincunces ex præſumpto intereſſe conceſſit, unde plùs probaturus, plùs etiam exigere poteſt. *Caniſ. c. 1. n. 7.* hinc, negant aliqui, ut *And. Gail. lib. 2. obſ. 5. nu. 16.* intereſſe propter incertitudinem ab initio ſine fraudis uſurariæ ſuſpicione in pactum deduci poſſe, quod tamen *in* §. *hac limitatio* admittit, ſi poſt moram quantum revera interfuerit, probetur: quamvis hodie ab initio ſtatim quincunces ex Ratisbonenſi

ultimo

ultimo receſſu paciſci liceat, verum intereſſe de Iure communi in contractibus bonæ fidei à tempore moræ venit, in ſtricti juris non niſi ex ſtipulatione, ne quidem poſt litis conteſtationem. DD. *communiter ad* §. *28. de act. l. mora, 32. §. in bonæ fidei, ff. de uſuris. l. 3. Caniſ. de uſuris c. 1. n. 13.* O. v.g. propter magnam depauperationem debitorum ex caſibus fortuitis, ut bello, incendio &c. quemadmodum *anno 1654. in* §. die verfloſſne. *I.* per pragmaticam ſanctionem Ratisbonæ tres partes reſtantium cenſuum in Imperio omninò remiſſæ & ſublatæ fuerunt, juxta quam conſtitutionem in Imperio judicandum eſt, niſi ipſimet ſtatus, quod illis liberum relictum, pro ſuorum ſubditorum majore vel minore depauperatione in ſuis Territorijs circa cauſas debiti, ut in Bavariâ factum, alias conſtitutiones fecerint, quæ quolibet loco ſunt obſervandæ. *P. l. 9.* §. *fin. ff. de pact. l. 18. qui potiores in pignore.* cùm acceſſorium ſequatur ſuum principale. *cap. acceſſorum, de R. I. in 6.* & hypotheca ſtatim ab initio pro intereſſe & ſorte ſimul conſtituatur, *Benedict. Carpz. in ſuâ prax. civ. p. 1. conſt. 28. definit. 160. nu. 1. & 2.* Q. in Bavariâ unius duntaxàt anni uſuræ, præter eas, de quibus debitor judicialiter conventus eſt, adjudicantur cum ipsâ ſorte, reliquæ propter Creditoris ſibi non meliùs vigilantis negligentiam, ad ſolos Chyrographarios reijciuntur / Land Proceß. *tit. 2. art. 27.* in Saxoniâ ante uſurarum ſolutionem omnibus alijs, etiam Chirographarijs duntaxat, creditoribus de ſorte ſatisfaciendum eſt; ratio in æquitate ponitur, quòd uſuras petentes certent de lucro captando, ſortem verò exigentes omnes de damno vitando, unde poſteriores in tali concurſu, ſi omnibus ſatisfieri nequeat, meritò præferentur. *Carpz. cit. conſt. 28. definit. 161.*

XXIX.

SVMMARIA.

1. *Liciti ſunt contractus cenſuales vulgò* die Widerkeüff.
2. *Præſertim vtrinque irredimibiles, & ſuper re frugiferâ cum periculo emptoris conſtituti.*
3. *Vti etiam ex parte ſolius venditoris redimibiles.*
4. *Defendi quoque poſſunt ab uſurariâ labe vtrinque redimibiles: & ſuper perſonâ fundati.*
5. *Exigi poſſunt, quamdiu non rediment ur.*

1 Ad evitandam uſurariam pravitatem juxta ſuperius dicta, jure Divino & Canonico prohibitam, in totâ fere Germaniâ ab immemoriali tempore contractus cenſuales in frequentiſſimo uſu, *a.* à ſummis Pontificibus, *b.* & Imperatoribus pro licitis agniti, & approbati; *c.* reales tam pecuniarij, quàm fructuarij, perpetui, temporales, & vitalitij: *d.* cùm videlicet quis 100 florenis emit jus percipiendi ex alterius bonis frugiferis hypothecatis annuos quinque florenos. *e* variæ tamen in utroque jure ad ejuſmodi contractus requiruntur conditiones, præſertim Conſtit, Pij. V. *f.* in cujus explicatione DD. ſe torquent, *g.* tandem exiſtimantes illam, quo ad omnia ibidem requiſita, non receptam, & proin nec obligare, cùm non videantur inſerta quo ad forum conſcientiæ, ſed externum dun-
2 taxat; *h.* nimirum quòd ejuſmodi cenſus debe-

rent

rent utrinque eſſe irredimibiles & ſuper re fructiferâ cum periculo emptoris conſtituti, qui communiter approbantur, & pro ſecuriſſimis habentur. *i.* Idem cenſent. DD: de redimibilib⁹ tantùm ex parte venditoris. *k.* imò & utrinque redimibiles perſonales locorum conſuetudine receptos Theologi defendunt, quamvis minùs ſecuros, & uſurarijs valdè vicinos eſſe cenſeant. *l.* cenſus itaque legitimè ſemel empti, tamdiu durant, & exigi poſſunt, etiam ultra 20. annos, quamdiu à venditore non redimuntur. *m.*

(3 beside "*i.* Idem cenſent"; 4 beside "te venditoris"; 5 beside "dè vicinos")

A. Ut præter notoriam praxin DD. de hâc materiâ ſcribentes atteſtantur. *B.* *Extravag. Conſt. ſummorum Pontificum Martini V. Calixti III. & Pauli V.* *C.* *Maximil I. Auguſtæ anno 1500. Carol. V. an. 1530 & 1548. Maximil. II Spyræ, anno 1570. Rudolph. II. Francofurti, anno 1577. ſub tit.* von Wucherlichen *contracten*, pro ut ſentiunt etiam Theologi, teſte *Laym. in Theol. moral. lib. 3. ſ. 5. tract. 18. de Cenſib. nu. 1. & 12.* quamvis non deſint tam Theologi, quàm Iuriſtæ graviter eiuſmodi contractus impugnantes, & pro uſurarijs habentes, quorum argumenta referunt, & refutant, *Didac. Covar. var. Reſol tom. 2. lib 3. c. 7. nu. 1. Andr. Gail. lib. 2. obſ. 7. n. 1. & ſeq. Caniſ de cenſ. c. 10. nu. 6.* *D.* Super re nimirum immobili fructiferâ, cui etiam Camera Principis æquiparatur, propter perpetuam acceſſionē, *Caniſ. c. 11. nu. 5.* conſtituti, juſtum enim eſſe videtur 100. fl emere annuos. 5. qui vocatur cenſus pecuniarius, vel ſcapham frumenti eiuſdem valoris, qui fructuarius dicitur, *Laym. cit. loc. n. 1. in fine. Gail. 2. obſ 7. nu. 5.* Receſſus autem Imperialis, *de anno 1548.* uti etiam *ſtatuta Bavar.* Polyzen Ord. *lib. 2. tit. 1. art. 3.* pecuniarium duntaxat propter incertum

fructum

fructuum valorem admittunt:ad cenſus vitalitios,ſive quo ad vitam ementis, quod attinet, in ijs, quo ad pretium habendus eſt reſpectus ætatis & valetudinis ementium, juxta conſuetudinem locorum, *Gail. 2. obſ. 8. per tot.* *E.* hoc enim pretium à *Carol. V.* in Imperio, & *ſtatutis Bav. loc. cit.* pro juſto,omnis verò exceſſus pro uſurario reputatur,ut nimirum, 20. annorum ſpatio reditus ſortem æquent, *And: Gail. lib. 2. obſ. 5. n. 11. & obſ. 7. n. 8.* *F.* ut legenti patebit. *G.* Teſte *Caniſ: de Cenſ. c. 11. n. 4. & ſeq:* videtur enim Pius V. quò ad litteram tacitè improbâſſe Conſtitutiones Anteceſſorum Martini V. & Calixti III. *H.* ad præcavendam omnem ſuſpicionem uſurariæ fraudis, in quem ſenſum *Caniſ. cit. loc.* pro ſe allegat etiam *Greg. de Valent.* *I.* videantur *cit. Pontif. Conſt.* accedit ipſa æquitas removens omnem uſurariam ſuſpicionem, eò quod Emptor pecuniam ſivè pretium in perpetuum tali caſu alienet, & rei emptæ periculum omne in ſe transferat. *Laym. cit. loc. n. 4.* *K.* Juxta *Conſtit. Caroli V. Imp. de Anno 1548. Laym. cit. loc. n. 5.* nam emptor ſuo arbitrio hoc onere ſe liberare poteſt, *L.* *Laym. cit loc. n. 8.* eò quod ſit verus & inculpatus contractus emptionis & venditionis, à viris doctis & honeſtis iniri ſolitus, Reique publ: neceſſarius & utilis, non repugnans charitati & dilectioni proximi, & ex quo neutra contrahentium pars gravetur, præterea contractui huic pactum redimibilitatis, ſicut in alijs rebus emptis juſtè adijci poſſit, *Laym. per alleg. ibidem DD. cit. loc. n. 12. Gail. 2. obſ. 7. n. 5. & 13.* *M.* quia non percipiuntur ex re alienâ, ſed propria incorporali emptoris, empto videlicet jure annuos 5. pro 100. exigendi, adeoque uſuris, in mutuo ultra ſortem, ex re prorſus alienâ pactis, nullatenus comparandi, *Benedict. Carpz. in prax. Crim. p. 2. q. 92. n. 62, & ſeq.* quod *And. Gail. lib. 2. obſ. 7. n. 5.* clariùs explicat, quòd videlicet emptiones prædiorum ab omnibus abſque dubitatione pro juſtis, & non uſurarijs habeantur;

beantur; & tamen ex illis poſt annos 20. fructus percepti pretium expoſitum poſſint ſuperare, cur ergò non idem hic dicendum?

XXX.

SVMMARIA.

1. *Connexio ad Superiora.*
2. *In quo conſiſtat ſubjectio Perſonarum?*
3. *Quinam eius intuitu Epiſcopo ſubſint?*

Paſtoralis officij munia ſuperiùs partim circa 1 cauſarum cognitionem, partim circa perſonarum ſubjectionem ſubſiſtere diximus: abſolutâ priori parte, breviter alteram attingere placet. Conſiſtit 2 autem hæc circa canonicam obedientiam, & reverentiam, inſtitutionem, & deſtitutionem, correctionem, & reformationem, cenſuras Eccleſiaſticas, Sacramentorum collationem, Parochiarum proviſionem, approbationem confeſſariorum, abuſuúm eradicationem, cenſuram librorum pravorum, Vicariorum in Eccleſijs vacantibus conſtitutionem, & quæcunque ad animarum curam ordinantur. *a.* quorum intuitu regulariter ſubſunt 3 Epiſcopo quicunque ſive Eccleſiaſtici, ijque vel regulares, vel ſeculares, *b.* ſive laici, *c.* in diœceſi commorantes, niſi inde ſint exempti. *d.* in quos tamen Iuriſdictio Epiſcopalis ratione contractuum & rerum, in loco non exempto ſitarum, exercetur. *e.*

A. cap. conquirente, 16. Ext: de offic: Iud: ord: B. c. Clerici

vici, c. non ab homine. c. qualiter, ext. de Iudic. c. poſtulâſti. ext. de for. comp. O. Auth. cauſa cum ſeq. od. de Epiſcop. & Cler. c. omnes. c. ſollicitæ, ext. de major. & obed. c. omnis, ext. de Cenſ. D. c. cùm venerabilis, ext. de relig. domib. c. cum Epiſcopus, ext de off. ordin. in 6. c. recepimus. c. cùm olim. c. cum capella, c. ex ore. ext. de privileg. E. c. 1. ext. de privil. in 6.

XXXI.

SVMMARIA.

1. Diviſio Iuriſdictionis Epiſcopalis.
2. In quo conſiſtat rerum Eccleſiaſticarum adminiſtratio?
3. An res Eccleſiæ & quomodo alienari poſſint?
4. De remedijs Eccleſiæ læſæ competentibus.

1 Lex Iurisdictionis Epiſcopalis in duo capita ſuperiùs diviſa fuit, unum quod circa perſonarum curam & cauſarum cognitionem; alterum verò, quod circa rerum Eccleſiaſticarum adminiſtrationem occupatur; a. priori abſoluto de poſteriori ſciendum, quòd hæc adminiſtratio ſit legitima diſpo-
2 nendi facultas, de rebus ad Eccleſiam pertinentibus, ſive mobiles eæ ſint, ſive immobiles, ita ut Epiſcopus ſuper ijs contrahere poſſit, omniáque ex utilitate, & commodo Eccleſiæ gerere; actiones etiam pro ijs intendere, & quæ contra Canonum præſcripta fuerunt alienata, vindicare, œconomos ac Proviſores conſtituere, rationéſque petere; b. alienare, c. non aliter tamen, quàm cum formâ de jure Can: præſcriptâ & cauſâ, res immobiles Eccleſiæ

eleſiæ, vel mobiles pretioſas, quæ poſſunt ſervando ſervari; *d.* quibus neglectis alienatio nulla eſt, & res vindicari poteſt, *e.* ſatisfactione emptori ab alienante præſtitâ, ſi fuerit in bonâ fide. *f.* quod ſi ſolemnitates adhibitæ, ſed Ecclefia nihilominus læſa ſit, in integrum reſtituetur, intra quadriennium à tempore læſionis in puncto juris, *g.* in praxi verò, & ex æquitate, ſæpius à tempore ſcientiæ numerandum. *h.* 3 4

A. Theſi 18. circa finem. B. Tot. tit. ext. de empt. & vendit. commodat. rerum permutatione. C. Can. Abbat. 41. Can. ſine except. 12. q. 2. c. 56. & fin. Ext. de rebus Eccleſ. alienand. D. Canon. ea enim, §. hoc jus, 10. q. 2. Vallenſ. Zœſ. & DD. ad tit. de rebus Eccleſia alienandis vel non. E. cap. 5. & 6. ibìque DD. dict. tit. de rebus Eccleſ. F. cap. ad audientiam 9. Ext. de re. alienand. G. l. 3. Cod de præſcript. 30. annorum l. fin. Cod. de præſcript. long. temp. H. quâ communiſſimam DD. eſſe dicit, *Ioan. Franc. Balthaſar pract. Reſolut. in Ius Bavar. Tit. 9. reſolut. 1. n. 14. allegat. plurib. DD.*

XXXII.

SVMMARIA.

1. *An valeat donatio rei Eccleſiaſticæ?*
2. *An repudiatio hereditatis?*
3. *An conſtitutio feudi?*
4. *An Succeſſor teneatur ex contractu Epiſcopi defuncti?*
5. *An ſi fuerit Coadjutor defuncti?*

Ex Theſi præced: notabiles quæſtiones quoti- 1

 dianæ,

dianæ, & controverſæ reſtant. Prima, an valeat donatio rei Eccleſiaſticæ? quod negatur, exceptâ re-
2 muneratoriâ in Eccleſię utilitatem vergente, *a*. Se-
cundâ, utrùm ad repudiationem hereditatis aut legatorum, ſolennitates in alienatione rerum Eccleſiaſticarum cæteroquin neceſſariæ, ſint obſervan-
3 dæ? quod ſimiliter negamus. *b*. Tertia, an feuda ſine dictis ſolennitatibus poſſint conferri? in antiquis conferendis, niſi reverſa ad Eccleſiã, menſæ Epiſcopali fuerint incorporata, affirmativam, in no-
4 vis negativam amplectimur. *c*. Quarta, an & quatenus ſucceſſor Epiſcopi ex contractibus ſui prædeceſſoris teneatur? Reſpond. in præjudicium Eccle-
5 ſiæ non teneri, etiamſi fuiſſet anteceſſoris Coadjutor, & contractûs tempore propriâ manu ſubſcripſiſſet, *d*.

A. Quia ipſi etiam ſacratiſſimi Epiſcopi duntaxat rerum Eccleſiaſticarum adminiſtratores, non domini ſunt, proin Eccleſiæ conditionem deteriorem facere non poſſunt, quod eſt pro reſolutione primi membri hujus dubij. ſecundum per reciprocam utilitatem juſtificatur, *DD. de reb. Eccleſ. alienand. vel non. Vallenſ. cit. tit.* §. 1 *n. 1*. *B*. nihil enim hoc caſu alienatur, ſed duntaxat non aquiritur, *Vallenſ. de reb. Eccleſ. alien. vel non*, §. 2, *n*. 4. ſic etiam de Iur. Civil. creditoribus actio Pauliana non competit, ſi debitor hereditatem ſibi delatam non adeat, aut legatum repudiet, cùm non ſit alienatio vera illius rei, quam quis priùs non habuit. *DD ad §. ſi quis, 6 Inſt de actionibus C. cap 2 ext de feud. Vallenſ. eod. tit. §. 2. n. 3. Herm. Vult. de feud lib. 1. c. 5. n. 14. D. Henr, Zæſ. ad Ius Can. de reb. Eccleſ. alienand vel non, n. 4.*

XXXIII.

SVMMARIVM.

1. *De lege Diœceſanâ.*
2. *In quibus conſiſtat Epiſcopi poteſtas delegata?*

De lege diœceſanâ ſupra dictum. *A.* Poteſtas 1
delegata Epiſcoporum conſiſtit in ſupplendâ neg- 2
ligentiâ Abbatum exemptorum, *B.* uiſitandis capitulis, *C.* beneficijs exemptis nullius Diœceſis, *d.* providendo Eccleſiæ aut Præſuli de Vicario & Coadjutoribus, *e.* reſtituendâ & ſervandâ clauſurâ in Monaſterijs Monialium etiam exemptis, *f.* cognoſcendo de patronatibus, & beneficijs non legitimè aquiſitis, *g.* de ſub; & obreptione gratiarum, *h.* alijſque diverſis actibus, breuitatis cauſâ, hic omittendis. *i.*

A. Theſ 18. B. c. quanto, de offic: ordin. & Clem. unicâ de ſuppl. negl. Prælat C. Concil. Trid. ſeſſ 6. de Reform. cap. 4. D. Concil. Trid ſeſſ. 21. de Reform. cap. 8. in prin & fin. E. c. un de cler. ægr. in 6 Concil. Trid, ſeſſ. 6. de Reform. c. 1. F. c. unic, in fin. de ſtat. regul. in 6. G. Concil. Trid. ſeſſ. 25. de Reform. cap. 9. H. Conc. Trid. ſeſſ. 13. de Reform. c. 5. I. de quibus *Auguſtinus Barboſa, de offic. & pot. Epiſc. p. 2. alleg. 1. nu. 85. ad nu. 103.*

CAP. III.

CAPVT III.

DE POTESTATE, ET IVRISDICTIONE EPISCOPORVM GERMANIÆ SÆCVLARI.

PRÆFATIO.

ABſolutâ. cap. 1. Iuriſdictione utrâque in genere, &. 2. Eccleſiaſticâ in ſpecie; hoc, 3. & ultimô diſp: noſtræ Secularem Epiſcoporum Germaniæ percurremus. Nam Eminentiſſimi, & Illuſtriſſimi, ac Reverendiſſimi Germaniæ Archi: & Episcopi non tantùm Pedo paſtorali condecorati incedunt, ſed, ut ſimul ſacri Rom: Imperij Principes, ſeculari quoque gladio muniti ſunt: cujus poteſtatis initia videntur primùm habuiſſe à Carolo Magno, qui illos pares Curiæ fecit, & in partem ſollicitudinis aſſumpſit: à Ludovico Pio autem, Caroli Magni Filio, & ſucceſſore, in Principes Imperij cooptati & ſucceſſu temporum, accedentibus ſecularibus Territorijs, ad eas dignitates evecti ſunt, in quibus nunc conſpicui radiant, *Andr. Knichen de ſublimi, & Regio Territorij Iure cap. 1. n. 6. & ſeq. Regnerus Sixtinus de Regalibus lib. 1. c. 4. n. 125.*

XXXIV

SVMMARIA.

1. *Epiſcopi ſecularem poteſtatem habent, non ut Epiſcopi, ſed ut Principes Imperij.*
2. *A quo conferatur ipſis hac poteſtas?*
3. *Quotuplex illa ſit?*
4. *Quaenam ſint requiſita ſubſtantialia & naturalia ſtatûs Imperij?*
5. *Quaenam ad eundem requirantur ex conſtitutionibus Imperij?*

Habent Epiſcopi Imperij Romano-Germanici Iuriſdictionem ſecularem, non ut Epiſcopi, ſed ut ſecularis aulæ Proceres. *a.* Confertur ijs hæc ampliſſima poteſtas, hodiéque per inveſtituram Cæſaream ſceptro, & enſe ſignificatam. *b.* ea verò tanquam totum quoddam collectivum pluribus actibus conſtans exercetur ab Epiſcopis, partim Iure cum reliquis ſtatibus Imperij communi, partim ex ſpeciali quorundam privilegio. *c.* Priorem nobis primo loco exponendam ſumemus, quâ, ut Epiſcopi uti poſſint, eos ſtatus Imperij eſſe neceſſe eſt, *d.* ut quis autem inter ſtatus Imperij computetur, alia de ſubſtantiâ, alia de naturâ ſtatûs, alia denique ex Conſtitutionibus Imperij, & velut à poſteriori requiruntur. *e.* De ſubſtantiâ ſtatus Imperij eſt, ut ſuffragium in adminiſtrandâ Republicâ habeat. *f.* unde & unico eiuſmodi actu, quaſi poſſeſſionem ſta-

ſtatus Imperij introducere poterit, *g.* de naturâ ſtatûs eſſe putamus, ut civis Imperij immediatus ſit, 5 *h.* à poſteriori denique & ex lege Imperij requiritur, ut Territorium, in quo Regalia exerceat, ab Imperio immediatè teneat; *i.* in album Imperij ſeu matriculam relatus ſit, *k.* & collectas ab Imperio indictas præſtet. *l.* quorum tamen primum abſolutè neceſſarium non eſt. *m.* & poſteriora duo, indicia potiùs ſuppeditant ſtatûs iam in eſſe ſuo conſtituti, quàm neceſſaria requiſita. *n.*

A. Huic aſſertioni cōtrarios, quaſi in perſonas Eccleſiæ dicatas profanum Imperium cadere nequiret, & distincta eſſent munera, Imperium, & Sacerdotium, refutat tam probatiſſima à tot ſeculis cōſuetudo, & primæ legis authoritas, tum latiùs adductis rationibus, *Reink. de Reg. ſecul. & Eccl lib. 1. claſ. 5. cap. 9. nu. 4. VVinzlerus de Iur. Epiſ. B.* Teſtantur acta publica Imperij & aurea Bulla c. 24. §. wir Erkennen ꝛc. *Receß. Imperij de anno 1500. Rubrica* den Teutſchen Orden *Reink. lib. 1. claſ. 4. cap. 16. nu. 11. & nu. 18.* Inveſtiebant autem olim Imperatores Epiſcopos non tantùm per ſceptrum, & gladium de ſeculari dominio, ſed & per annulum, & baculum, de ipſis Epiſcopatibus, in quo amplius quid habuerunt, quàm moderni Reges Hiſpaniæ, & Galliæ, qui nominant quidem Epiſcopos ſuos, ſed confirmatione ſummo Pontifici relictâ. Cæterùm dictam poteſtatem inveſtiendi Epiſcopos, primus habuit Carolus Magnus à 153. Epiſcopis in ſynodo congregatis. *cap. Adrianus Papa Romam 22. diſt. 63.* quæ dein à Ludovico Pio ſanctæ ſedi reddita eſt, *c. Ego, diſt 63.* ſed à Leone VIII. in Ottonem Mag. de novo collata. *in ſynod. & ead. diſt.* poſtea ob immenſum abuſum ab Henrico V. Imp. Pontifici denuò ceſſa eſt, ut teſtan-

ſtantur hiſtoriæ illorum temporum. *C.* Non enim omnes ſtatus Imperij æquali pollent authoritate, & poteſtate, ut in progreſſu patebit. *D.* quales Epiſcopi Regni Germanici facti ſunt à Lud. Pio *ſupr. in Præfat. hoc cap. E.* placet hactenus diſtinctio hæc inter ſubſtantialia, & naturalia, Philoſophis quidem exploſa, ſed accepta JCtis, *per l. 11. §. 1. ff. de act. empt. vendit. & l. 5. §. 4. ff. de præſcript. verb. & in fact: act. Sutholt. ad Inſt. diſs. 13. aph. 20. Coraſius Miſc. 3. c. 10. F.* in hoc enim conſiſtere videtur eſſentia ſtatûs, ut jus de Repub. cum alijs ſtatuendi habeat, ut videtur etiam innuere *Reink. de Reg. ſecul. lib. 1. & 4. c. 1. num. 28. & 29. verbis* Rectè itaque *Matth. Steph. de Iuriſdict. lib. 2. p. 14. c. 4. n. 45. G. Reink. cit. loco. nu. 26. H. Reink. cit. loc. num. 45. & 46.* ideoque hoc naturale tantúm requiſitum dicimus, quia de abſolutâ poteſtate Imperatoris & Imperij introduci poſſe putamus, ut etiam alterius Principis ſubditus, qui Civis Imperij non ſit, Ius tamen de Imperio ſtatuendi habeat. *I. Reink. cit. loco nu 3. Gail. 1. obſ. 21. nu 9. Matth. Paulus VVehnerus obſ. pract. Verbo* Standt deß Reichs. *K. Reink. cit. loco. nu. 5. L.* ReichsAbſchid *de anno 1548.* §. wann auch ein auffgezogner/*ibi*: vnd wider jhn nit darbracht werden möcht/ *Reink. cit. loco nu. 41. Gail. 1. obſ. 21. num. 9. M. Reink. cit. loco. nu. 45. & ſeqq. N.* Matriculæ enim inſcriptio probationem tantùm, eámque ſemiplenam inducit, *Gail. cit. loco. Author. deciſ. Cam. Verb.* matricula. Collectarum autem omiſſio intentionem in contrarium non firmabit, quia quis privilegio aut præſcrptione ab hoc onere liberatus eſſe potuit. *Reink. cit. loco. n. 42.*

M XXXV.

XXXV.

SVMMARIA.

1. *Deſcriptio ſtatûs Imperij.*
2. *Quotuplicem poteſtatem habeat ſtatus Imperij?*
3. *Quid ſit ea poteſtas reſpectu adminiſtrationis univerſi Imperij?*
4. *Circa quæ verſetur in Comitijs univerſalibus?*
5. *Circa quæ in Comitijs particularibus?*
6. *Modus ſuffragiorum.*

1 Ex hiſce præmiſſis ſtatus Imperij deſcribi poterit, *quòd ſit civis immediatus Imperij, ab Imperatore, conſenſu Procerum, ad conſultationes Imperij publicas ex lege aſſumptus, ut ei ſuffragijs, & conſilijs adſit.* a. duplex
2 plex autem in ſtatu reſidet poteſtas, alia, quæ circa univerſi curam Imperij, alia, quæ circa particularis cuiúſque Territorij adminiſtrationem occupata eſt. b. Illa, particula quædam abſoluti eſt Imperij & ſupremæ Majſtatis, quam ſtatus unà cum Impera-
3 tore junctim conſtituunt. c. *Et eſt Ius tum in univerſalibus, tum particularibus Imperij conventibus comparendi & ſuffragia ſua in decidendis publicis cauſis ferendi.* d.
4 In univerſalibus quidem Imperij Comitijs, plerumque ea, quæ pacificationes, Iuſtitiam, legumlationem, ordinationem Cameræ Imperialis (das Iuſtitiweſen.) rem monetariam, Matriculæ reintegrationem, cauſas exemptionum, contributionum, aliáque

que ſimilia concurrunt, peraguntur. *e.* In parti- 5
cularibus verò conventibus, circularibus ſcilicet,
f. de contributionibus, monetis, præſentatione
Aſſeſſorum, executionibus contra contumaces, mu-
tuâ defenſione & armaturâ circuli agitur, *g.* in uni- 6
verſum ſuffragiorum numerus, non pondus, adeo-
que major pars, non ſanior attenditur. *h.* legitimè
autem vocatorum, ſed abſentium ratio nulla ha-
betur. *i.*

A. Conſilijs ſcilicet & ſuffragijs deciſivis, non conſultativis duntaxát, ut colligitur ex verbis vocationum ad Comitia; jhr wollet helffen Handhaben/ Raihen/ vnd beſchlieſſen/ de his tamen aliquando circa Civitates Imperij, dubitatum fuit, ſed fruſtra: *Reink. lib. 1. claß. 4. c. 20. nu. 30. & ſeqq.* *B.* *Matth. Steph. de Iurisdict. lib. 2. p. 1. c. 7. nu. 1. Reink. de Reg: ſecul. lib. 1. claß. 5. c. 8. nu. 1.* *C.* *Reink lib. 1. claß. 2. c. 2. n. 225.* in Imperatore tamen eminenter reſidet. *Reink. cit. loco. Habn. ad VVeſen: de Iurisdict. nu. 9.* *D.* ut patet ex definitione ſtatûs Imperij & requiſitis præced. Theſ. relatis *E.* *Reink lib. 1. claß. 5. c. 8. n. 56.* *F.* nam licet conventus Electorum, deputationis, & viſitationis Cameræ, etiam ſint conventus particulares Imperij, in ijs tamen non comparent Epiſcopi, jure ijs cum omnibus ſtatibus communi, ut in conventibus circularibus, *Reink lib. 1. claß 4. c. 5.* ſed ex jure quibuſdam eorum cum nonnullis alijs ſtatibus ex aſsignatione Imperij ſingulariter competente. *Reink cit. loco. n. 34 Lymnæus tom. 3, c. de comitijs Imperij n. 226. & ſeqq* *G.* *Reink cit loco. nu 31.* *H.* Reichs-Abſchid *anno 1512.* §. es ſollen auch die ChurFürſten/ *ibi,* oder andere der mehrer Thayl *Reink cit. loco. nu. 59.* ratio, quòd quænam pars ſanior eſſet, diutiùs, quàm cuiuſque ardui negotij diſcuſsio, controverteretur. Modum autem ſuffragia ferendi

in Comitijs univerſalibus breviter talem eſſe ajunt, ut Imperator ſemiſſem quodammodo ſuffragiorum conſtituat unum, alterum verò ordines ſeu ſtatus Imperij, qui in tria diviſi ſunt conſilia, Electorum videlicet, Principum (qui Prælatos & Comites &c. ſub ſe comprehendunt) & Civitatum, quorum unumquodque ſextantem ſuffragiorum efficiat. Electores in ſuo conſilio ſuffragia uiritim ineunt, Civitates quæque pro ſe ſimiliter, ſed in Conſilio Principum, hi quidem tam Eccleſiaſtici quàm Seculares, (habitâ tamen in hiſce familiarum & linearum ratione) uiritim quoque, Prælati autem & Comites curiatim, conſilia præbent. *VVehn. obſ. pract. verb.* Reichstag. *l.* Reichs Abſchid *de anno 1541.* §. wo auch etliche *ibid.* quòd ſi diſſentiant ordines propoſiti tenaces, Imperatoris erit pro Authoritate ſuâ negotium decidere, Reichs Abſchid 1545. §. Als wir aber.

XXXVI.

SUMMARIA.

1. *Qualis ſit poteſtas ſtatuum circa adminiſtrationem proprij cuiuſque Territorij?*
2. *Ejus deſcriptio.*
3. *A quo conferatur & quo jure competat?*
4. *Pro eo ſtat præſumptio.*
5. *Eius Relatum.*

Tantum de ſeculari poteſtate Epiſcoporum, re-
1 liquorúmq; ſtatuũ, quatenus ea circa adminiſtrationem univerſi Imperij verſatur: nunc de eâ, quæ circa gubernationem proprij cuiuſque Territorij occupata eſt, quam in ſuperioribus Iuriſdictionem ſecu-

ſecularem ſubalternam nominavimus, *a.* quæque ſpeciale in Imperio nomen, Territorialis ſuperioritatis ſortita eſt. *b.* Ea deſcribi poteſt: *Ius ſummi, poſt* 2
Imperatorem, Imperij, in omnes Territorio comprehenſos 3
tanquam ſubditos competens. c. Confertur ab Imperatore ſolo, *d.* quamvis etiam præſcriptione aquiri poſſit. *e.* Competit Iure reali in ipſo Territorio fundato, *f.* ijs tantùm, qui Cives Imperij immediati ſunt, *g.* pro eo ſtat præſumptio in omnes 4
Territorio contentos. *h.* Eius Relatum eſt Landſaſſiatus. *i.* ſunt autem Landſaſſij ad omnia domini 5
Territorialis ſui mandata, quæcunque vi ſuperioritatis Territorialis competere poſſunt, ratione ſubjectionis adſtricti, *k.*

A. Sup. c. 1. Theſ. 6. nu. 4. n. 3. B. VVehn. obſ. pract. verbo Landsfürſtl: Obrigkeit / ſunt autem diſtincta hæc, jus Territorij, Regalia, & Regalis dignitas. *Reink. de Reg. ſecul. lib. 1. claſſ. 4. c. 16. n. 45. juncto c. 19. n. 68.* quamvis rectè inferatur à Territorio ad Regalia, *Reink. cit. loco. c. 16. nu. 47.* non autem contrà. *Reink. lib. 1. claſſ. 5. c. 2. num. 53. & ſeq.* C. modò inde exempti non ſint. *Hahn. ad VVeſenb. parat. Tit. de Iurisdict. n. 8, Gail. 1. obſ. 21. nu. 4. D. Knich. de ſublim. & Regio Territorij Iure c. 1. n. 306 & 307. Tob. Paurm. de Iurisdict. lib. 2. c. 8. nu. 31. 39 & ſeqq. E. Knich. cit. loco c. 3. n. 114. & ſeqq. Reink. cit. loco n. 24. F. Hahn. cit. loco. Reink. cit. loco. c. 1. nu. 1. G.* nam ſi mediato concederet hoc jus Imperator, præjudicaret domino immediato, contra Iuris communis rationem, Reichs Abſchid *de anno 1548.* §. wiewol auch in der Regierungshandlung. Cæterùm inde colligitur, jus Territorij etiam in Nobiles Imperij immediatos cadere,

 ſcili-

ſcilicet die Schwäbiſche / Fränckiſche / vnd Reiniſche Ritterſchafft. *VVehn. obſ. pract. verbo* Ritterſchafft. *Hahn. cit. loco. Bidemb. nob. quæſt. 1. Reink. cit. loco. claſſ. 5. c. 2. nu. 55. H. Menoch. l. 3. de præſ. VVeſen. conſ. 43. nu. 3. Reink cit. claſſ 5. c. 1. nu. 24.* Vnde & in excipientem de exemptione, & libertate ſuâ, onus probationis reijcit, *Gail. cit loco, nu. 4 &c.* Etiamſi in poſſeſſione ſit. *l. vir eius 15. Cod. de probat. Reink cit. loco. n. 43 & ſeq. I. Hahn. cit loco. Reink. cit. claſſ. 5. c 3 n. 20. & ſeqq. VVehn. obſ. pract. verbo* Landſaß. *K. Reink cit. loco. n. 82. VVehn. cit. loco. vid. de his. Beker. lib. 3. c. 11. §. Nobiles mediati &c.*

XXXVII.

SVMMARIA.

1. *Cum Iure Territorij venit primò Ius homagij recipiendi.*
2. *Protectio ſubditorum.*
3. *Iuſtitiæ adminiſtratio.*
4. *Onerum indictio.*
5. *Regalia minora Exercendi Poteſtas.*

1 Conſiſtit hôc Ius Territoriale in diverſis actibus Iurisdictionalibus. *a.* quorum primus eſt *Ius homagij*, ſeu Iuramenti ſubjectionis ab omnibus ſubditis
2 *b.* exigendi & recipiendi. *c.* alter eſt *protectio*, & defenſio ſubditorum, quæ domino Territoriali, velut ex mutuâ obligatione incumbit, *d.* eiuſque præcipuum munus videtur; *e.* ſub eâ continentur etiam litteræ tuitivæ. *f.* Vlterius inter actus Iuris Territo-
3 rij computatur *Iuſtitiæ adminiſtratio. g.* non quidem

dem Iure Magiſtratûs, ſed vigore regalis ſublimita-
tis. *b*, continet illa ſub ſe jus uocandi ſubditos ad
Comitia provincialia, *i*, & tribunalia, *k*. jus e-
dicta & conſtitutiones proponendi, *l*. leges & pa-
triam armatâ manu defendendi, *m*. Magiſtratus
conſtituendi, *n*. appellationes recipiendi: *o*. Præ- 4
terea venit *impoſitio onerum*, tum ordinariorum, ve-
luti tributorum, ſeu indictionum; tum extraordi-
nariorum, pro adminiſtrandâ armis Iuſtitiâ, & dig-
nitatis ſuſtentatione. *p*. ultimò denique *Regalium* 5
minora exercendi Poteſtas. *q*.

A. Cùm totum quoddam collectivum ſit, *Reink. de Reg. ſecul. lib* 1. *claſ* 5. *c*. 4. *nu*. 1. *B*. niſi inde libertatem privilegio aut præſcriptione ſibi comparaverit, *Reink. de Reg. ſecul lib*. 1. *claſ* 5. *cap*. 4. *nu*. 9. exemplum notabile eſt in Civitate Argentinenſi, quæ Imperatori homagium non præſtat: huiuſinodi tamen exempti non minùs ac cæteri, fidelitatem ac ſubjectionem præſtare tenentur. *Trentl. Conſil*. 83. *nu*. 8. *Reink. cit loco*. *nu* 11. *C*. quicunque hoc præſtat, ſubditum ſe facit *Gail. de Arreſt*. *c*. 6. *nu*. 10. *Knich. de Iure Territ*. *c*. 3. *nu* 23 & 8. *D*. *Gail. de Arreſt*. *c*. 8. *nu*. 17. *Menoch de Arbit. Ind. quæſt*. 338. *nu*. 3. *E*. unde etiam aliqui totam Iurisdictionem Territorialem ſub ſolius huiuſmodi protectionis nomine deſcripſerunt. *Reink cit. loc. nu*. 46. *VVel*·*n. verb*, Landts Fürſtl: Obrigkeit. *F*. *Reink. cit. claß*. 5. *c*. 4. *nu*. 47. *vulgò ſalvi conductus*, *ſalvaquardia*, Schrifftlich Gelend / Gelendts Brieff. *G*. *Reink cit loco*. *nu* 98. *H*. *Reink. cit loco*. *nu*. 105. *I*. *idem ibid*. *nu*. 98. *K*. *VVehnerus verbo* Landtſaſſen. *L*. *VVehner cit. loco. in fine*. *M* *idem*, *verbo* folg. *Bidemb*. *q*. 7. *Reink*, *cit*. *cap*. 4. *nu*. 108. *N*. *Reink*, *cit loco*. *nu*. 104.

nu. 104. O. *VVeſenb. conſ. 43. nu. 70.* P. *Gail. 1. obſ. 21. n. 9.* *Reink. cit. cap. 4. nu. 131.* Q. Etiamſi enim Regalia eſſe poſſint ſine IurisdictioneTerritoriali, *Reink lib. 1. claß 5. cap. 2. nu. 53. & ſeq.* hæc tamen ſine illis neutiquam, *Reink. lib. 1. claß. 4. c. 16 nu. 47. & ſeq.* unde Regalia per ſe venientia, & Regalia conceſſa cum Iure Territorij, diſtinguentur interſe, uelut uſusfructus formalis, & cauſalis,

XXXVIII.

SVMMARIVM.

1. *Quid ſint Regalia?*
2. *Eorum diviſio in majora, & minora.*
3. *Apud quos ſint majora?*
4. *Quibus competant minora?*
5. *Species minorum recenſitæ.*

1 Ultima actuum Iuris Territorialis ſpecies, Regalia nempe, peculiarem ſibi cauſam facere videntur: ſunt autem Regalia in genere, Iura ſupremæ
2 Majeſtati annexa. *a.* Dividuntur in Majora, *b.* & Minora; *c.* Illa ſunt, quæ ad Principis ſupremum decus ſine pecuniario commodo, *d.* hæc quæ po-
3 tius ad Fiſcum Imperatoris ſpectant. *e.* illa plerumque uel ſupremæ Majeſtati reſervata ſunt, *f.* uel alijs ſub nomine Territorialis ſuperioritatis communicata; *g.* hæc verò præterquam quod ſi-
4 militer cum Territorij Iure tranſeant, *h.* alijs etiam, Territorium non habentibus, conceduntur. *i.* de hiſce minoribus hoc loco nobis agendum, ſunt autem

autem illa 1. *mulctarum pœnarumque compendia*, *k.* de 5
quibus quæritur, an caſtro cum Iuriſdictione & mixto Imperio in feudum dato, mulctarum inibi compendia ſimul data intelligantur? quod negamus. *c.* 2. *bona vacantia.* *m.* 3. *bona, quæ ut indignis auferuntur.* *n.* 4. *bona damnatorum*, & *proſcriptorum.* *o.* 5. *Portus*, *p.* tam naturales, quàm artificiales· *q.* 6. *Ripatica*, *r.* quæ per devium iter nautis evitare non licet. *ſ.* 7. *Piſcationum reditus*, *t.* *argentariæ.* *v.* 8. *commoda ſalinarum*, *x.* 9. *Dimidium Theſauri* in loco Cæſaris, uel publico, non datâ operâ inventi. *y.* 10. *Angariæ* & *Parangariæ*, *Naviúmque præſtatio*, *z.* aliaque quamplurima, tum hactenus inventa, tum in futurum forſitan invenienda. *aa.*

A. Vnde & jura Majeſtatis appellantur *apud Boer. de Regalibus c. 1.* & *2. nu. 3.* & 5. Dicuntur autem ſupremæ Majeſtati competere inſpecto ipſorum principio, licet deinde alijs communicata ſint. *B.* quæ aliàs merè regalia oſſibus Principis adhærentia, ſacra ſacrorum &c. appellantur, *Sixtin. de Regalibus lib. 1. c. 2.* *C.* aliàs Regalia communia, Iura Fiſci &c. *D.* hanc enim differentiam ſpecificam tradunt inter Regalia majora, & minora, *Sixtin. cit. cap. 2.* *E.* referuntur tamen inter minora Regalia aliquando Ius monetæ cudendæ, poteſtas conſtituendi Magiſtratum ad expediendam Iuſtitiam &c, *Feud. 2. Tit: 56.* ſed diverſo reſpectu, *Sixt. de Regalibus. lib. 1.* *F.* quænam hæc ſint in Rom. Imperio, Theſi ſequenti dicemus. *G.* de quibus *Theſi præced.* *H.* *Theſ. præced. in fin. lit. q.* *I.* *Reink. lib. 1. claſ. 5. c. 2. n 53.* *K.* *Feud. 2. tit. 56. l. mulctarum. 5. l. ult. §. quòd ſi 4. Cod. de modo mulctarum.* *L,* aliud enim eſt Iuriſdictio, & mulctæ in-

dictio, quæ ſub mixto Imperio conceditur, aliud ipſius mulctæ indictæ compendium, ac retentio, ut apparet. *l. aliud fraus, 131. §. inter mulctam. 1. ff. de V. S. l. 5. l. ult. § 4. Cod. de modo mulctarum, M* d. *tit feud 56. N. cit. tit. feud. 56. l. Edicto 13. §. eos qui. 9. ff. de Iure Fiſci tot. tit ff. de his. quæ ut indignis. O. cit. tit. 56. Feud 2. P. eodem tit Feud.* hoc eſt ſtatio concluſa & munita, ubi in mari vel flumine naves tutò ſtare poſſunt, *l. Portus. 59. ff. de V. S.* Scilicet ratione vectigalis, quod inde fiſco infertur. *l. inter publica 17. §. publica. ibi. ex quibus. ff. de V. S. Q.* quia quæ ſimpliciter dicuntur, diſtinctionem non admittunt, *l Præſes. 3. inf ff de offic. Præſ. l. Prætor ait, 1. §. quòd autem, 3. in fin. ff de Aleatoribus, R. dict. tit. feud. 56.* ſcilicet etiam ratione vectigalis quod nautæ ſolvunt ob id, quod ripam appellunt, *cit. l. inter publ. S. per l. ſi quis. 5. Cod. de curſu publ. lib. 12. l. qui fiſcales. 7 Cod de navicularijs, lib. 12. l. cùm proponas. 3. Cod. de nautico fœnore, T. cit tit feud. 56.* hoc eſt vectigal, quod ex piſcatione redditur *V. dict. tit. 56. cit. l. 17. §. 1. de V. ſ. l. 3. Cod. de metall. X. Eodem tit. dict. l. 17. §. 1 ff. de V. S. Y. tit. ſæpe dict. l. 3. §. ſi in locis. 10. ff. de Iure fiſci, Z.* Scilicet ad feliciſſimam Regalis Numinis expeditionem, *Inſt. tit. 56.* hoc eſt, ueredis fortè deficientibus, privatorum equorum præſtationes, & ſurrogationes ad perficiendum curſum publicum *Sixt. de Territ, lib. 2. c. 13. Aa.* omnia enim uelle numerare ſupervacaneum erit, *Roſenthal. c. 5. concluſ. ult.* húcque pertinet proteſtatio feſtiva à Bekero relata, *ſynop. de Iure publ. lib. 2. c. 4. n. 18. de quodam proteſtando ita exclamante*, daß er ſeinem Gnädigen Herrn / alle Obrigkeit / auff vnd vnder der Erden / auch ſovil noch künfftig erdacht werden möchten / jetzt alß dann / vnd dann als jetzt / *per expreſſum* vorbehalten haben wolle.

XXXIX

SVMMARIA.

1. *Differentia inter indignos & incapaces.*
2. *An & in quibus caſibus adhuc hodie damnatorum bona confiſcentur?*
3. *An damnati teſtari poſsint?*

Bona damnatorum, & quæ ut indignis aufe- 1
runtur, ad fiſcum ſpectare dictum. *a.* differunt indigni & incapaces. *b.* indigni ſunt, quos lex expreſsè declaravit indignos, ita ut ab eis fiſcus auferat, *c.* indigni enim capiunt hereditatem ſibi relictam, ſed fiſcus agendo ab eis aufert, uel excipiendo illos repellit, præter fiſcum verò alij non repellunt indignos. *d,* incapaces autem ipſo jure repelluntur, & quod ipſi capere nequeunt, alijs defertur, qui illud caperent, ſi incapaces in medio non eſſent, ut
ſubſtituti, conjuncti, ab inteſtato venientes. *e.* Olim 2
bona damnatorum, *f.* & præſcriptorũ indiſtinctè confiſcabantur, *g.* quod Iuſtinianus Imperator ſuſtulit, extra crimen Læſæ Majeſtatis, *h.* ita tamen, ut de bonis teſtari non poſſent, ſed illa aſcendẽtibus & collateralibus, uſque ad tertium gradum remanerent; *i.* ijs verò deficientibus ad fiſcum pertinerent, *k.* Carolus V. uxorum quoque meminit, *l.* quibus, & creditoribus etiam cùm adhuc hodie bona delinquentium maritorum confiſcantur, jura ſua ſalva manent, *m.* Eadem de jure Bavarico conſti-

tuta ſunt, *n.* hodie Principũ Germaniæ clementia & conſuetudo etiã nõ exiſtentibu sheredibus in Novel.*134.c.13.* & Auth. *bona damnatorum &c.* recenſitis, damnatos teſtari, & bona eorum heredibus, quibuſcunque ſuccedere volentibus, relinquunt, *o.*

A. Theſ praced. litt. N. & O. B. Marcus Ant Peregrinus de jure fiſci lib. 2. tit. 2. de indignis, & lib. 3. tit. 1. de incapacibus Reg. Sixtinus de Regal. lib. 2. c. 10. à n. 1. uſque ad 7. C. Peregr. cit. lib. 2. tit. 2. nu 2. D. idem Peregr. lib 3 c. 1. n. 1. Sxtinus cit loc nu. 4 E. plus ergò juris habent indigni, quàm incapaces, illi enim bona defuncti capiunt, quos nemo repellit extrà fiſcum, in quem tranſit indigni portio, cum oneribus & conditionibus, pro ut erat penes indignum, *l. quod dicitur. ff. de jure fiſci, Peregrin. lib. 2. tit. 2. nu. 18.* incapaces verò locum faciunt alteri, & ipſo jure repelluntur, adeoque nihil capiunt, & portio incapacis cum eodem etiam onere in ſubſtitutum vel conjunctum tranſit, *Peregr. lib. 3. tit. 1. nu. 4.* meliùs eſt ergo habere coheredem incapacem, quàm indignum, priori enim caſu coheres ſolus ſuccedit, poſteriori fiſcum concurrentem habet loco coheredis, ut patet ex dictis. cæterum quibuſnam indignis fiſcus relicta, & quænam bona, vel quibus, aut quæ non, auferat, ad longum tradit *Peregrin: Lib. 2. tit. 2 Sixtinus. Lib 2. c. 10. per tot. F. tot. tit: ff. & Cod. de bonis proſcriptorum, ſeu damnatorum, G.* damnati intelliguntur ad ultimum ſupplicium ſive mortem naturalem, proſcripti verò deportati, & ad beſtias, ſive mortem civilem damnati: priores Civitatem, poſteriores Libertatem amiſerunt. *l. 1. & 8. ff: de bonis damnatorum.* ideo autem damnatorum, quibus vita adimebatur, vel Civitas, vel ſervilis conditio inferebatur, bona publicabantur, & in fiſcum redigebantur, quia taliter delinquens, ut vitâ naturali vel civili privari poſſet, multò ma-

magìs videbatur privandus bonis; relegatorum verò bona fiſco non vindicabantur, niſi hoc peculiariter per ſententiã fuiſſet expreſſum, *Sixtinus. de Reg. lib. 2. cap. 12. de bonis damnatorum, & proſcriptorum. n. 5. 6. & 7. H. in Nov. 134. cap. 13. §. ut autem & ſeq.* & inde per Irnerium deſumpta, *Auth. bona damnatorum, Cod de bonis proſcriptorum ſeu damnatorum,* an verò hoc univerſaliter ſit accipiendum, uel etiamnum hodie in alijs, & quibuſnam caſibus de jure communi, confiſcatio locum habeat, acriter controvertunt DD. & poſterius probabilius defendunt, *Sixtinus cit. loc. & Frideric. Mart. poſt. tract. de cenſ in interp. Carol. conſtit. 218. §. item,* an etlichen Orten/ *propter particulam:* oder ſonſt in andern Fällen *& art. 135.* de confiſcandis bonis illius, qui ſibi mortem conſcivit ex metu delicti; præter mortis etiam confiſcationis Pœnam importantis, ſicut & hodie Banniti bona cum civitate amittunt, *Gail. 2. obſ. 85. nu. 9. & 10.* exiſtimat quoque *Carpz. in prax. Crim. p 3. q 135. nu. 27.* ex inſignibus ibidem allegatis DD. plures adhuc caſus eſſe, in quibus confiſcatio bonorum obtineat, quæ res de jure dubia, ex generali Germaniæ conſuetudine hodie ſatis certa eſt, quòd confiſcatio extra crimen læſæ Majeſtatis non extendatur, *Sixt. c. 12. nu 93. Benedict. Carpz. in prax. Crim. p. 3. q. 35. à nu. 24. uſque ad 33. l cit. Auth; bona damnatorum* quam vis in ſpeculatione, quo ad collaterales, gravis ſit inter. DD. controverſia, cùm de illis nihil reperiatur in *Nou. 134* ex quâ illa Authentica fuit deſumpta, *c. 13. in fin. ibi, ſiquidem habeant deſcendentes, & aſcendentes uſque ad 3 gradum, Regn. Sixt. de Reg. lib. 2. c. 12. n. 23. & ſeqq. K.* cùm Auth. & cit. Nouell. tantùm in favorem prædictorum heredum, damnatis bona relinquat, quibus ceſſantibus, & hic favor ceſſabit, utpote ceſſante causâ diſpoſitionis. *Text clarus in Novel. 134. cap. 13 in fin.* ſi verò neminem prædictorum habeat, qui deliquit, tunc Fiſco ſociari eius ſubſtantiam, *Carpz.*

cit. q 35 nu. 21. L. Carol. art. 218. an etlichen Orthen. quibus etiam Iuſtin. in *Novel. c. 13. in fin.* dotem, donationem propter nuptias, indotatis portionem legitimam & alimenta ſalva eſſe voluit. *M.* adeo ut tam vxor, quàm omnes creditores, etiam chirographarij tantùm, fiſco præferantur, tum quo ad hypothecarios, quòd res tranſeat cum ſuo onere, tum quòd nemo innocens, ut talis uxor & creditores, ex alterius delicto puniri debeat, tum etiam quòd fiſcus ex causâ lucrativâ veniens, inſtar heredis, ut in propoſito contra creditores, non ſit privilegiatus, *And. Gail. lib. 2. obſ 86. à n. 1. uſque ad 9.* concordant *ſtatuta Bavarica*, Gand Proceß. *tit. 2. art. 16.* §. wann aber der *fiſcus, ibi.* ſonſten ein Erbloß oder ein verworchtes Guett haimb gefallen / oder wegen verfalner Straffen/ꝛc. *N.* Erklärte Lands Freyheit/ *p 4. a. 5 & 6. O.* Teſte *Nicol. Everard. Iuni: vol. 2. Conſil. 28. nu. 45.* proin hodie damnati ad mortem de ſuis bonis tam inter uivos, quàm per ultimas voluntates pro lubitu diſponere poſſunt, *Carpz. cit. loc. nu. 11.* quamvis, de Iure loquendo, eſto hodie nec ſervi pœnæ fiant, nec bona confiſcentur, teſtari non poſſint; tum ex defectu bonorum, quæ lex heredibus recenſitis, aut poſt illos Fiſco defert, tum quòd fiant peregrini, & civitatem amittant, *Carpz. cit. q. 135. nu. 20, 21. & 22.*

XL.

SUMMARIA.

1. *Unde orginem ceperit commune axioma: Statum Imperij tantum poſſe in ſuo Territorio, quantum Imperator in Imperio?*
2. *Quomodo id intelligendum?*
3. *Enumeratio quorundam Imperatori reſervatorum.*

Hæc

Hæc tam eximia ſtatuum poteſtas, cauſam de- 1
dit communi inter Juris interpretes axiomati,
quemlibet ſtatum Imperij tantum poſſe in ſuo Territorio, quantum Imperator in Imperio, *a.* quod 2
tamen, cum grano ſalis accipiendum putamus, ita ut de Juribus vi Territorij competentibus, antea recenſitis, utpote magnam cum Regali faſtigio affinitatem conſtituentibus, *b.* neutiquam verò de reſervatis Imperatoriæ Majeſtatis & Juribus imperialibus, intelligatur: *c.* ſunt enim Imperatori 3
ampliſſima Iura & digna majeſtate ſuâ decoramenmenta, quam ob rem ſolus ex procerum ſuffragio leges generales, *d.* bellum, *e.* collectas univerſales *f.* indicit, nova vectigalia conſtituit, *g.* Solus infames per univerſum Imperium honori famæque, *h.* illegitimos natalibus reſtituit, *i,* Academias erigit, *k.* repreſſalias concedit, *l.* veniam ætatis indulget; *m.* Solus jura Territorij & Regales dignitates largitur, *n.* curſus publicos, vulgò poſtas inſtituit, *o.* jus nundinarum tribuit; *p.* Bannum Imperiale irrogat. *q.* & denique legibus ſolutâ utitur poteſtate. *r.*

A. Barth. in L. infamen. n. 14 de pub. jud. B. Reink. lib. 1. claſſ. 5. c. 6. n. 157. & 168. C. Reink. cit. loc. D. idem. cit. loc. n. 122. E. Gail. 1. de pact. publ. c. 4. n. 4. & 6. F. Reink. cit. loc. n. 125. G. Mynſ. obſ 29. cent. 5. H. Gail. de pact. publ. lib. 2, c. 19. I. Gail. 2. obſ. 142. K. Herm. Vult. de feud. lib. 1. c. 5. n. 7. L. VVeſenb. conſ. 46. n. 7. M. Reink. cit. loc. n. 14. N. idem cit. loc. n. 145. O. idem cit. loc. n. 134. P. ibidem n. 156. Q.

Reldh8.

Reichs Abſchid / zu Speyr 1542. ſ. wurde ſich aber Jemand / *R.* privatis ſcilicet & quo ad vim coactivam, non directivam. *Fach. contr. lib. 1. c. 2.* legibus enim fundamentalibus tenetur. *Reink. lib. 1. claſſ. 3. c. 12. per tot.*

XLI.

SVMMARIA.

1. *De poteſtate & privilegijs ſpecialibus Electorum.*
2. *De ſpeciali poteſtate quorundam Epiſcoporum.*

Atque hactenus de poteſtate, quæ Eccleſiaſticis Principibus, Iure illis cum reliquis ſtatibus cõmuni competit: nunc ad alia, quæ nonnullis eorum peculiariter, paucis præterea communicata conceduntur, & ex hoc capite inprimis quidem ex Archiepiſcopis 3. Electores Eccleſiaſtici jus habent
1 unà cum reliquis Electoribus, Romanorum Regem eligendi, *a.* Ius ſupremæ appellationis, *b.* ſpecialia comitia celebrandi, *c.* Ius triplicis Cancellariatûs inter eos diviſi, *d.* Ius monetam auream cudendi, *e,* quælibet bona in Imperio, etiam feudalia, ab alijs liberè & irrequiſito Imperatore, comparandi & ſub qualitate priori habendi, *f.* ſubditos ſuos, ne pro quâcunque causâ ad quodcunque Tribunal extraneum evocentur, retinendi.
2 *g.* alijs Epiſcoporum nonnullis competit etiam jus comparendi per Commiſſarios in conventu deputationis, *h.* viſitationis, & reviſionis, ad quas nõ omnes, qui ſeſſionem in comitijs habent, admittuntur. *i*

A. Aurea

A. Aurea Bulla tit. 2. B. Aur. Bulla tit. 11. niſi tamen denegetur ab illis Iuſtitia. *ord. Camer. p. 2. tit. 26. C. Aur. Bulla tit. 12. D.* quod latiùs tractat, Marq. *Freherus in orig. Polit. c. 5. E. cit. Aur. Bul. c. 10. Lymn. Tom. 1. lib. 3. c. 2. n. 52. F. Aur. Bul. tit. 10. ibid. Arumaus, & Buxtorffius, Bekerus ſyn. Iur. Pub. lib. 2. c. 5. in fin. G. Lymn. cit. loco n. 60. H. Lymn. Iur. Pub. Tom. 3. lib. 9. c. 1. n. 237. I. Receß Imp. anno 1654.* ubi omnes ſtatus ad hoc deputati tam Eccleſiaſtici, quàm ſeculares enumerantur.

XLII.

SVMMARIVM.

1. *Status Imperij Principes, exteris Principibus ſanguinis æquiparantur.*
2. *Mutuam Status inter ſe defenſionem pangere poſſunt.*
3. *Et alterius Principis protectioni ſe committere.*
4. *Privilegiata habent Iudicia.*
5. *Status ſeculares peculiarem ſibi invicem ſuccedendi rationem habent.*

Effecerũt tã exímia Statuũ jura ut alijs nonnullis privilegijs prę cæteris Principibus augerentur, quorũ quædã ſummis tantùm digitis attingemus. *a.* primò 1
inde eſt, quòd exteris Principibus ſanguinis æquiparentur, uel præferantur, *a.* quinetiã nonnulli Regibus adæquentur. *b.* Mutuam etiam inter ſe confœderã- 2
tionem ad rerum ſuarum defenſionem excepto Imperatore, & Imperio, pangendi facultatem habent, 3

perium comparere non tenentur, *e.* & in feudis Regalibus ſolum Imperatorem Iudicem recognoſcunt, *f.* in cæteris cauſis Auſtregas habent, privilegiatam, *g.* ſed delegatæ Iurisdictionis, jnſtantiam, *h.* ſi modò ejuſmodi cauſæ ſint, quæ immediatæ Imperij cognitioni ſubjaceant: *i.* carent tamen hac jnſtantiâ urbes Imperiales, *k.* niſi eam præſcriptione aut ſpeciali privilegio aquiſiverint. *l.* Hiſce addi poteſt,
5 quòd Status ſeculares per pacta, nomine confraternitatis inita, hereditatem, unà cum cæteris bonis, quæ ab Imperatore habent, ſibi invicem deferre, & aquirere poſſint. *m.* accedente tamẽ Imperatoris conſenſu, *n.* & ſimultaneâ Inveſtiturâ, *o.* quâ ratione confratribus invicem Ius conſtitutum, in alterius defuncti bonis naſcitur, quo ſeſe fundantes hereditatis petitione conventionali, ea ſibi petere, & obtinere poſſunt, *p.*

A. Reink. de Reg. ſecul. lib. 1. claß. 4. c. 6. nu. 23. B. *huc* pertinet notabile dictũ de Electoribus, Alberti Brandenburgici, & Archiepiſcopi Mog. in Comitis Auguſtanis, *Nec Regibus cederemus, ſi adeſſent.* C. *Aur. Bull. Tit. 15.* D. *Reink. cit. lib. 1. claß. 5. c. 8 nu. 50. & ſeq.* E. *Ord Cam. p. 2. tit. 7. Lymn. de Iur. pub. lib. 4. c. 7. n. 87. & ſeq.* F. *Beker. ſyn. Iur. publ. lib. 1. c. 4. nu. 7.* G. *Reink. lib. 2. claß. 2. c. 16. nu. 5.* H. *Author. deciſ. Cam. verb.* Auſträg/ unde nec executionem habent illi Iudices, ſed tantùm cognitionem, *Reink. lib. 2. claß. 2. c. 16. nu. 21.* I. quia Auſtregæ ſunt ſtricti Iuris, ideoque non extendendæ, hinc ſi de feudis res ſit, dominus feudi, aut pares Curiæ cauſam ad ſe trahent, non Auſtregæ, *Gail. 1. obſ. 1. n. 54.* K. *Reink. cit. loc. nu. 12.* L. quales ſunt Argentina, Ratisbona,

bona, Norimberga, *Reink. ibidem. Gail.* 1. *obſ. 1. nu. 20. Sixtin. de Regalibus lib. 1. c. 8. nu. 65. Matth. Steph. de Iurisdict. lib. 2. p. 1. c. 3. memb. 3. nu. 37. & ſeq. M. Gail. 2. obſ. 127. princ. Mynſ. Reſp. 94. decad. 5. in fin. Beſold. Theſaur. pract. verb.* Erbverainigung. *Lymn. de Iur. pub. lib. 4. c. 8. N.* ob illicitam feudi, abſque domini conſenſu, alienationem. *O.* utpote ſine quâ feudalis ſucceſſio obtineri nequit. *P. Hahn. diſſert. de Iure rerum, concluſ. 75. n. 15.*

XLIII.

SVMMARIA.

1. *An Epiſcopus nō confirmatus poßit Ius Territorij exercere?*
2. *An Comitijs generalibus intereſſe?*
3. *An Conventibus particularibus?*
4. *An Electioni Imperatoris?*
5. *Quid Acatholici ſervent?*

Coronidis loco videndū quinam ex Epiſcopis Iura iſta ſecularia conſequantur. Et ex Orthodoxis quidem inveſtitura Cæſarea nulli, niſi à ſummo Pontifice confirmato, competit; *a.* cui conſequens, quòd Ius Territoriale nemo, niſi itidem confirmatus, poſſit exercere, *b.* niſi intra unum annum, qui ad petendam, & expediendam inveſtituram conceditur, *c.* aut ſi ſpeciale ad hoc indultum ab Imperatore obtinuerunt, *d.* aut in interregnū inciderit: *e.* ſimiliter nec ſeſſionem in conventibus univer- 2

bus, modò de Imperatore, & Imperio non agatur,
4 intereſſe poterit, *i.* ſicut & ad Electionem Imperatoris, modò privatas Electorum conventiones in vim Aureæ Bullæ, & Cæſareæ Capitulationis permiſſas, juraverit, Elector Archiepiſcopus inveſtituram nondum adeptus, admittetur. *k.* Cæterùm
5 in Acatholicis Epiſcopatuum detentoribus confirmatio non attenditur. *l.*

A. quia inveſtitura à primævo inſtituto nemini, niſi idoneo, competit, cuius diſquiſitio in Eccleſiaſticis perſonis ad ſummum Pontificem pertinet. *cap. poſtquam. c. per inquiſitionem c. nihil. c. innotuit, Ext. de Elect. c. avaritia, c. quam ſit, Ext. eod. in 6.* *B.* quia jus Territorij per inveſtituram de Territorio tranſit. *C. Pautmaiſter de Iurisdict. lib. 1. c 4. n 7. D. Roink. lib. 1 claſſ. 4. c. 16. n. 57. 58.* *E. Schrad. de feud. p. 6. c. 2. n 24.* Ratio eſt, quia cùm feuda Regalia à ſolo Imperatore, non à Vicarijs conferri poſſint, *Aur. Bul. c 5.* adeoque nemo ſit, qui inveſtituram concedat, iniquum foret, Status interim Iure ſuo carere. *F.* cùm Imperatori, & Imperio ſpecialiter obligati non ſint, *Paurm. de Iurisdict. lib. 1. c. 4. n. 7.* *G.* nemo enim ad viſitationem Cameræ admittitur, niſi votum, & ſeſſionem in Imperio habeat. *Ord. Camer. part. 1. tit. 50.* quod idem in reviſione obtinet, *cit. Ord. Camer. part. 3. tit. 53.* *H.* quia & in hiſce Imperio ſpecialiter obligatos eſſe, non minùs, quàm in Comitijs univerſalibus, par eſt. *I.* Ex eadem ratione *VVinzl. de Iurisd. tit. 27. n. 7. & 8.* *K.* Ratio eſt, quia neque hic eſt, qui inveſtituram conferat deficiente Imperatore, ſicut factum eſſe teſtatur in Frid. Comite de Wedà 1562. & Ferd. Bavariæ duce 1612. Archiepiſcopis Colonienſibus, dictus *VVinzl. cit. tit. n. 5.* *L.* quia ſuſpenſa hactenus de facto eſt Eccleſiaſtica Iuriſdictio. *Inſtr. pacis, Oſnab, §. Ius Diœceſanum. 16. de anno 1648.*

FINIS.

A MATRE TER ADMIRABILI

Fauſtiſſimum Diſputationis juridicæ
Succeſſum

NOBILI ET DOCTISSIMO DOMINO

PHILIPPO GVILIELMO
AB HÖRNIGK

CONSODALI SVO DILECTISSIMO

PRECANTVR

DD. Colloquiſtæ, in Collegio S. IGNATII Mart.
Ingolſtadij.

VIrgo ter miræ titulo Parentis
Læta cenſeri, *ſocij per ampla*
Juris immenſi freta fluctuantem
Dirige cymbam;
Neu nimis dextros nimis aut ſiniſtros
Vrgeat curſus, memor æquitatis:
Inde nobiſcum rediens recentem
Primus ad aram,
Soſpitatrici ſua vota ſolvet.
Ibimus ſenis loca ſacra ſcalis
Viſere, & ſummâ poſitas in æde
Virginis ædes.
Priſtini quondam ſacer horror antri
Conſcius Divum, *locus inſcrutatùm*

Sed novâ tandem facie reſumptâ
Manſit antiquo Pietas vigore:
Lucis immiſſu vetus inde virtus
Clariùs ardet.
Limen inſigni variatur arte:
Stat laboratâ ſacra porta quercu;
Foja, ne tantùm meliore Matris
Robore duret.
Suſtinent planos nova ſaxa greſſus
Intus & multâ paries rubeſcens
Purpurâ, noſtræ ſequitur modeſtus
Virginis ora.
Fulget excelſum pretio lacunar
Majus antiquo; modicæque juncta
Quercui pinus numeroſior di-
ſcriminat artem.
Vſque Zörtneri laqueare ſervet
Pendulam famam; quia ſumptuoſo
Struxit ornatu: cadat illa nullis
Labilis annis.
Sic tholi Virgo medio coruſcans,
Si ſua mirans Genitricis ora
Puſio faxint! habitetque coelum
Mutuus hæres.
Supplices ſacram repetamus aram,
Quâ ſuum fixit Pietas tribunal.
Ligna, quæ nigro medicata ſucco
Dulcè renident,

Ful-

Fulgido ſupra decorantur auro:
Aureis ſtantes baſibus columnæ
Prominent: forma nitidus rotundæ
Fulgor ut ipſa
Emicat gemma. tamen has & aurum
Vincit immensùm tituloque Major
Major *& factis habitisque Virgo*
Nocte loquelis.
O! Brigratini bona ſors Iacobi,
Sæpe cum coeli Dominâ loquentis!
Hoc vel in magnis numerârit ipſe.
Nuntius olim
Ales humanæ Gabriel ſalutis.
Colloqui quantam decet eſſe laudem?
Si vel ædilis Pharaëlis altùm
Gloria crevit.
Seduli famam meruit laboris:
Mater arriſit ſtudio Clientis;
Mira ſucceſſu meliore votis,
Mira favendo.
Qui ſono noſtram pretioſus ornat
Virginem pulchro, meritò canetur
Clara Galenus niveo metallo
Cymbala pulſans.
Cuncta viſemus monumenta Magnæ
Fixa Patronæ. Repetita porro
Vota pro noſtro ſocio, ter admi-

NOB. ET DOCTISS.

D. DEFENDENTI

AUSPICIO CELSISSIMI PRINCIPIS UTRIUSQUE STATUS IURISDICTIONEM PROPUGNANTI.

CLava nec Alcidæ ſi ſufficit una duobus,
Saucia mox hoſti præda futura cades.
Optatum quis enim poßet ſperare triumphum,
Quem totus contra mundus in arma ruit?
In te ſpicla vibrant hinc Sceptra & Iura Potentum,
Illinc tela minax ambitioſa Pedum.
Ille, quòd exiguo ſtringatur limite, ringet;
Calce nimis domino ſe gemet ille premi.
Nil metuo, opponis, Cervi *me* ſacra quadriga
Dum vehat, ex omni parte beatus ero.

Honoris ergo applauſit.

Franciſcus Albertus Kautt Philoſoph. & Inſtit. Civil. Studioſus.

ERRATA.

Pag 2 lin. 12. modernam l. modernæ. p. 2. lin. 22. *pro Vigilio leg. Viglio.* p. 3. lin. 20. poſt verbum *Civilibus*, adde *& criminalibus* p. 10 lin 7. pro *cap. 17.* l. c. 12. p. 13. lin antep. pro lib. 1. l. lib. 2 p. 18. lin. 23. pro Conſiliorum l. Conciliorum p. 20. lin. 4. pro K. l. L. p. 20 lin 9. l. majoribus. p. 23. lin. poſt ſubditorum. *adde*, videri habere territorium. p. 35. lin. 23. poſt. *Salisburgenſem*, Adde *Veſuntinum*. p. 45. lin. 18. l. converſatione p. 53. lin. 28 pro maritati leg. uxorati p. 55. lin 5. & 26. curatorias l. lucratorias. p. 66. lin. 2 provindicari leg. condici. p 95. lin. 10. l. Regalia. p. 99. lin 18. l. proſcriptorum. Reliquos errores, ob feſtinans prælum paſſim admiſſas æqui Lectoris diſcretioni damus.